



Part Code
S11316


DANES
PICTA
.COM



Grey Scale #13



A 1 2 3 4 5 6 M 8 9 10 11 12 13 14 15 B 17 18 19




XVI, 43-48

XVI, 45

De ratione
et sacrificio Missae

Andreas Crivius.

1529.




DE RATIONE
ET
SACRIFICIO MISSAE,

Andreas Cricius
Episcopus Plocensis.

Ad Lectorem.

Scire cupis sacrae, quid sit liturgia missæ,
Quod sit illa modo singula quidq; notent
Qua bene sanxerut prisei que monstra scelesta
Nunc refutat, facile hic discere cūta potes.



Inches 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 8

Centimetres 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19

Colour Chart #13

DANES
PICTA
.COM

Blue

Cyan

Green

Yellow

Red

Magenta

White

3/Color

Black

Part Code
ST1316

DANES
PICTA
.COM



Grey Scale #13



A 1 2 3 4 5 6 M 8 9 10 11 12 13 14 15 B 17 18 19

VNIVERSIS PRESBY^T
teris & cooperarijs suis ecclesiae
Plocensis, Andreas Epis-
copus in domino,
Salutem.



Nter alia ministeria, quo^rum dispensatores sumus,
dilectissimi fratres, vt sum-
mum & præcipuum est mis-
sæ sacrificiū, ita conuenit,
vt attentius ac reuerentius quā yllum
aliud peragat: attendaturq; ne qd fiat
quod tam a deo & etiā ab hominibus
reprehendi possit: maxime hoc depra-
uatisimo tempore, quo non solum alia
omnia ecclesiæ sacramēta, sed etiā hoc
venerabile salutis nostræ symbolum, &
monumentū, multis hereticis, atq; adeo
& catholicis ipsis venerit in cōtemptū:
nec alia forte causa, quam quod vides
ant multos nostrum, partim indigne ac
incomposite accedere, & munus hoc
tractare, partim etiā ea quæ faciunt
ignorare: cum nulla videat turpior &
deterior ignorātia: nūc presertim, quā
do & cerdones, & mulierculæ passim

A



XVI,45

DE SACRIFICIO

de diuinis differunt, & conuincunt plerū
runq; eos, a quibus cōuinci & doceri
deberent. Et cū potissima pars sit hu-
ius actionis, intentio, qualis ea esse po-
test, vbi nō intelligunt hēc quē agunt,
quorū nullus actus, nullum signū est
absq; mysterio. Porro cum & gentes
quæ facile mores, vel vestitus mutant,
improbentur ab omnibus, vt est leuita-
tis & inconstantiæ signū, ita hoc vitio
in diuinis officijs & cæremonijs nihil
videri potest indignius, quodq; maiori
sit offendiculo, quod tamen adeo nunc
irrepsit in pūnciam nostram, vt quot
Episcopi, tot nouæ cærimoniae, quot
sacerdotes, tot modi, vt vocāt, missandi
videantur. Fatemur quidem ecclesi-
am circūdatam varietate, eaq; non mi-
nus esse speciosam, sed in suaquaq; pro-
uincia constanti & immutabiliter quem
admodū Hieronymus inquit: Traditi-
ones ecclesiasticæ, vt a maioribus tra-
ditæ sunt, obseruari debent, unaquaq;
pūncia sensu suo abundet, & præce-
pta maiorū leges apostolicas arbitret.
Et proinde operæ precium esse arbitra



MISSAE.

25

mur, charissimi fratres, vos, quorū nobis cura cōmissa est, breuibus instruere, qualiter in eo officio digne & composite peragēdo, vos iuxta usum a majoribus nostris receptum, & modum vniiformem, gerere debeatís, ad laudē omnipotētis dei, ac ædificationē fides liū. Breuibus inq̄ & simplicibus verbis, neq̄ eī hæc doctis, & qui libro-rū, in quibus omnia continentur, copiā habere possunt, scribimus: neq̄ dici quicquam potest, quod nō dictum sit prius; sed nec eadē ab omnibus, nec simul omnia dici possunt. Inerunt tamē aliqua nō perinde ab omnibus vel cognita, vel expressa, cōplete murq̄, ut speramus, adiutore deo, succincte medullā ipsam huius sacrificij, & p̄strin-gemus eorū summam, de quibus scriptura canonica, & doctores ecclesiastici anxie & diffusissime tractarūt. Disgressuri etiā interdū ad ea quæ facient ad instructionem aduersus hostes nostros, ita vt non solum simplicibus & ignaris sint futura ex usu, sed etiam his, qui sibi Rabini videntur, nō asp̄nanda.

A

DE SACRIFCIO

Facturus igitur rem diuinam sacerdos, hoc agat in primis, quod monet apostolus, probet seipsum, exploret omnes animis sui latebras, ne sit aliquid, quominus digne tata mysteria tractet, neue iudicium sibi manducet, & bibat, non dijudicans corpus domini.

Probatio autem maxime in tribus est necessaria, in fide, in merito, & scientia. In fide, ut sine vlla hæsitatione, credat & firmiter teneat, hoc illud esse sacrificium, quod Christus in cæna nouissima fecit & instituit, offerens seipsum et representans illud sub specie, mortem videlicet suā, diuidendo corpus a sanguine, qđ paulo post facturus erat in cruce realiter, vtrūq; sacrificium qđ in figuris præcesserat consumans.

Duplex em̄ erat vetus sacrificium: alterum Aaron in morte & sanguine victimarum: alterum Melchisedech in pane & vino: vtruncq; quidē figura sacrificij Christi, sed quia ille sacerdos est in æternū secundū ordinem Melchisedech, hoc prius sacrificiū sub specie panis & vini fecit, faciendūq; disci-

pulis suis præcepit, dicens: Hoc est corpus meū, hoc facite in mei cōmemorationem, instituens hoc modo illos, & insigniēs eodem sacerdotio secundum ordinem Melchisedech, quo ipse fungebat, ad peragendū per illos & successores ipsorum in æternū hoc sacrificiū corporis et sanguinis sui, sub specie panis & vini, quod & illū nobis in memoriam iugiter reduceret, vniretq; nobiscū, & patrem pro delictis nostris placatum redderet. Neq; hic audiendi sunt heretici Missam impugnantes, q; illud quod Melchisedech panē et vīnū benedicēs Abrahē protulit, fuisse sacrificiū negāt, cū nullū aliud quod ille fecisset peculiariter cōmune cū Christo ostendere possint, aduersus nō solum Apostolum, & orthodoxos omnes Græcos & latinos, sed etiā Hebreos plerosq; authores, qui tēpore Messiae omnia legalia sacrificia cessatura, panis vero & vini sacrificium, secundū ordinem Melchisedech mansurum in æternum prodiderunt.

Alterum vero nempe Aaron sacrificiū

A ij

DE SACRIFICIO

ficium quod sanguinarium fuit, semel
tantum fecit & consumauit, offerens
se agnum immaculatum in cruce pro
nobis, & perficiens illud realiter, quod
pauloante repræsentabat sub spe cie,
ad confirmandum morte & sanguine
ne suo testamentum nouum, iuxta fi
guram veteris testamēti, sanguine hirs
corū et vitulorum per Moysen confir
mati. Nec enim valet testamentū nisi
morte testatoris confirmetur. Et pro
inde non sanguine alieno, vt vetus te
stamētum inualidū, & umbra duntaxat
futuri, sed sanguine proprio testatoris,
nouū testamentum, vt validum & per
fectum, ad salutē generis humani cōfir
mari oportuit: atq; eo modo tametsi
Christus semel per sanguinem suū in
troiuit in sancta, eterna redēptione in
uenta, vnaq; oblatione consumauit in
sempiternum sanctificatos, quia tamē
quotidie peccamus, quotidie hoc sa
lutari remedio, mystica scilicet victima
indigemus. Proindeq; petimus omnes
quotidie, hunc panē supersubstantialē
nobis dari, qui licet non sumat quoti-

MISSAE.

die ab omnibus, offertur tamē quotidie, & editur in ecclesia per ministros & sacerdotes ad hoc designatos, pro omnibus ijs, quibus meritū huius oblationis per fidē, & sacramenta ecclesiæ, cōmunicari & applicari potest, & qui in vnitate ecclesiæ, quæ vnū est corpus consistunt, iuxta Apostolum, vnum panis, & vnum corpus multi sumus, qui de vno pane, & de vno calice participamus.

Ad alendum igitur et conseruan-
dum hoc corpus in vnitate secum, &
ad integrandam salutem humanā se-
mel datam, Christus offerre se voluit
semper in ecclesia mystice, secundum
ordinē Melchisedech; imo seipsum of-
fert, vt pontifex & sacerdos in æternū,
dum per ministros suos seipsum no-
stra causa sanctificat, frangit & tribuit.
Quotienscūq; id fit mors domini rite
annunciatur. Nam cum Pascha nostrū
immolatus est Christus, necesse est vt
idem immolatus ederetur: quemad-
modū Pascha Iudeorū agnus immo-
latus edebat, vt apposite figura rei, &

A iiiij

DE SACRIFICIO

res figuræ quadraret: & proinde hoc nouū pascha in vltima cœna factum, deinceps etiā faciendū dominus præcepit, cum in memoriā illius vnicæ oblationis suæ iuxta sacrificiū Aaron, tū in quotidianū cibum, & nouam oblationem ecclesiæ, secundū ordinē Melchisedech: quemadmodum testatur Hieronymus his verbis: Postq; typicū Pascha fuerat impletum, & agni carnes cum Apostolis comedera, assument panē qui confortat cor hominis, & ad verum paschæ transgredit̄ sacramentū, ut quomodo in prefiguratione eius, Melchisedech summi dei sacerdos, panem & vinum offerens fecerat, ipse quoq; veritatē sui corporis & sanguinis representaret. Et Damascenus: Hæc est (inquit) pura hostia & incruenta, quā ab ortu usq; ad occasum ipsi offerri per prophetā dominus loquitur: corpus videlicet et sanguis Christi in stabilimentum animæ nostræ & corporis.

Cum autem sacerdos hanc rem diuinam facit, verum quidē corpus & san-

guinem dñi conficit, ac offert, sed mor-
tis memoriam agendo, signis tantum re-
presentat, quod tunc realiter agebatur
in cruce. Non enim re ipsa diuidit cor-
pus a sanguine in Missæ sacrificio, qd
vere esset Christum iterum occidere,
qui resurgens ex mortuis, iam non mo-
ritur, mors illi ultra non dominabitur:
sed diuiditur species panis & vini, quæ
tantum in hoc sacramento remanet, de-
signando seorsum per speciem panis
corpus domini ex angue, & mortuum,
per speciem vero vini crux eius effu-
sum. Cæterum substantialiter corpus
& sanguis domini sub specie panis &
vini semper indiuisa manent, quemad-
modum passo corpore, & ab anima dis-
uiso, diuinitas cum utroque unita, neque
passa fuit, neque indiuisa. Proinde ita
integre corpus & sanguis domini su-
mitur sub una specie, sicut sumitur sub
utracque: idemque hic offertur, & editur a
nobis, qui & peperdim in cruce, & se-
det a dextris dei patris: quod satis de-
clarat Chrisostomo, in hæc verba: Non
ne per singulos dies offerimus, offerio.

DE SACRIFICIO

mus quidem, sed ad recordationē fa-
cientes mortis eius, & vna est hæc ho-
stia nō multæ. Et quia semel oblata est
illa, oblata est in sancta sanctorū: hoc
autē sacrificium exemplar est illius, id-
ipsum semper offerimus: nec nunc qui
dem alium agnum, crastina alium, sed
semper idipsum. Et beatus Andreas
ad Egeā: Omnipotenti inquit deo, qui
vnus & verus est, ego omni die sacri-
fico, non thuris fumum, nec taurorū
mugientium carnes, nec hircorum san-
guinem, sed immaculatū agnū quoti-
die in altari crucis sacrificio, cuius car-
nes posteaquā omnis populus credē-
tium manducauerit, & eius sanguinē
biberit, agnus qui sacrificatus est, in-
teger perseverat & viuus.

Si quis cū Nicodemo quærat, quo
modo possunt hæc fieri? quærat ille
potius, cum audiat de operibus totis
us mundi, ipse dixit & facta sunt, ipse
mandauit & creata sunt, quomodo hæc
poterant fieri? Nam multo maius est,
cuncta ex nihilo creare, quam substan-
tiam panis, & vini, in substantiam cor-

poris & sanguinis mutare, aut quam illum ubique esse totum, qui nullo loco, nulla dimensione circumscribi potest. Quo pacto autem a nobis homunculis altitudinem diuitiarum sapientiae & scientie dei, cuius iudicia incōprehēsibilia sunt, & viæ ininuestigabiles, intelligi, & cognosci posse putemus: cū terrena, immo cum nos ipsos cognoscere non possimus. Sentimus nos viuere, sentimus intelligere & loqui, & tamen quomodo istud fiat, aut quid sit hoc, quod per os & linguā loquitur, non intelligimus. Animam quidem esse, quem ista operatur, omnes autumamus, sed quid ea sit, si quis excutiat definitiones philosophorū & theologorū omnium, nihil magis cōsequetur, quam conseruatus fuit Socrates philosophus, qui hoc vnu se scire professus est, quod nihil sciebat. De arcana igitur & mysterijs diuinis credēdum est, non quia intelligamus, sed credendū ut intelligamus, & nemo magis intelligit, quā qui magis credit. Proinde diuinus ille Psaltes considerans omnes hominum rati-

DE SACRIFICIO

Ones & scientias, qbus arcana dei cons
sequi se posse putant, esse meras vanis
tates & mēdacia: solam vero fidem &
humilitatem tutissimū esse portū, pro
rūpit in ea verba: Credidi propter qđ
loquutus sum, ego aut humiliatus sum
nimis. Ego dixi in stupore meo, omnis
homo mendax.

Quod autem certius testimonium
ad credendum, quam eius, qui via ve
ritatis est & vita? Atq; idē omnipotens,
qui neq; fallere, neq; falli potest, qui cū
dicat, nemo ascendit in cœlum nisi qui
descendit, filius hominis, qui est in cœ
lo, indicans eundem se esse qui loques
batur in terra, & qui esset in cœlo: quis
dubitet eundē hic esse nobiscum usq;
ad consumationem seculi, ut promisit,
eundemq; a nobis edi, qui in cœlo se
det ad dexterā patris? Cum dicat caro
mea vere est cibus, & sanguis meus ve
re est potus, Et indicans seipsum: Ego
sum panis viuus, qui de cœlo descens
di, Et rursus panem indicans: Hoc est
corpus meū: non figura aut signū cors
poris mei, ut garriūt hæretici: quis am

MISSAE.

bigat, & Christum esse vere panem, &
panem esse verū Christum, hoc est sub
veris panis & vini speciebus, verā car-
nem & sanguinē illius contineri, ac cibi
& potus veram formā & saporem reti-
nere? Cum item dicat: Qui manducat
meam carnem, & babit meum sangu-
inem, in me manet, & ego in eo. Et, nisi
manducaueritis carnem filij hominis,
non habebitis vitam in vobis: quis nō
cōsideret verbum illud, eundē q̄ illum
panem, quem angeli manducauerunt
ab ēterno, & patres nostri, qui in figu-
ra credebant, spiritualiter manducabant,
ideo esse incarnatum, quod non suffi-
ciebat illum spiritualiter tantum mana-
ducari ab homine, sed etiam corpora-
liter: vt ita nos per hūc cibum vnū cor-
pus secum efficeret, in secq̄ mutaret:
vt qui prius eramus corpus sathanæ p
peccatum, fieremus corpus eius per
hunc cibum. Quæ quidē mutatio cor-
poris nostri, vt fieri solet specie nō mu-
tata, ita substantia illius corporis, ex
substantia panis, fit specie non mutata.
Et sicut per cibum illum vetitū primus

DE SACRIFICIO

homo in mortem corruit, ita per hunc
cibum omnibus exhibitū, redemptus
homo resurgat in vitā necesse est. Cum
vero rursus dicat, spiritus est qui viui-
ficat, caro non prodest quicq; &, ver-
ba q̄e loquor, spiritus et vita sunt: quis
non intelligat ei carnē hanc nihil pro-
desse, qui tantū carnaliter illam mandu-
cat, non dijudicans corpus domini:
quicq; panem viuum, & verbum quod
spiritus est & vita, incarnatum, id quod
manducat nō credit, hic manducat qui
dem sacramentū, sed nō manducat vī-
tutem sacramenti, immo iudicium sibi
manducat & bibt. Cū deniq; dicat, hoc
est corpus meū, quod pro vobis datur,
& apostolus, quod pro vobis frangit,
vt iam tum non aliter videbāt dari, sub
specie pro nobis, quā postea datū fuit
realiter & visibiliter in cruce: quis du-
bitare potest, vnam hanc oblationē, &
vnū sacrificium fuisse, esseq; etiamnum
crucis & altaris reale, quo ad substan-
tiā & profectum, mysticum vero &
re presentatiū, quo ad passionem
& mortem,

MISSAE.

86

Quemadmodum autē per verbū
domini omnia facta sunt, ita iuxta sens
tentiam catholicam, sola virtute ver
borum per Christum semel prolatos
rum, corpus & sanguis eius confici
tur, ita tamē, ut sicut virtute illorū ver
borum semel prolatorum: Crescite &
multiplicamini, omnia crescūt & mul
tiplicantur, sed non nisi per instrumen
ta seu operarios proprios: ut homines
per homines, & animalia per animalia:
ita hoc sacramentum, virtute quidem
verborū Christi, sed non nisi per minis
tros proprios, quibus dictum est, hoc
facite in mei cōmemorationem, sacer
dotes videlicet & dispensatores horū
ministeriorum ad hoc designatos, per
ficitur. Quemadmodū & sp̄ritus san
ctus in actis apostolorū, iusserat segre
gari sibi Saulum & Barnabam in opus
ad quod eos assumpserat. Et proinde
apostolus vocat se, & cæteros aposto
los, & presbyteros adiutores seu coo
perarios dei, quasi eodē munere cum
illo fungentes, plebem vero agricola
tionem, & ædificationē dei, testaturq;

DE SACRIFICIO

dari gratiam per impositionē manū
sacerdotij, vt quāuis omnes christiani
sint Reges, & sacerdotes sibijs suis spi-
ritualit, sunt tamē seorsum alijs reges &
sacerdotes, non solum sibi, sed etiā alijs
ad regendū populum dei, & ad dispē-
sanda ministeria illius, sacrificiūqz pro-
hominibus offerendū, vt ait ipse apo-
stolus : Sic nos existimet mundus si-
cut ministros et dispensatores ministe-
riorū dei. Et alibi: Omnis pontifex ex
hominibus assumptus pro hominibus
constituitur, in his quæ sunt ad deum,
vt offerat dona & sacrificia pro pecca-
tis, vt sic absqz dubio sit singulare ordi-
nis huius sacramentū, & collatio gratie
per impositionem manū, non vt ves-
ni hæretici, nullum inter sacerdotes, &
laicos discriminē esse contendunt.

Credendū est igitur id totum esse
verum, quod veritas ipsa protulit, idqz
totum possibile, quod omnipotens
operatur, qui cūmisit caput & pastor
ecclesiæ suæ, & hoc ipsum munus pa-
storale vni Petro cōmiserit dicēs: Pasce
oues meas; illiusqz fidem non defectu-
ram

MISSAE.

9.

ram promisit, datis illi clavis regni
cœlestis, ædificata super hanc petram
ecclesia sua, reliquo illi spiritu sancto, qui
doceret illam omnem ueritatē: creden-
dum est nō minus ecclesiæ catholicæ,
sub uno summo pastore, a Christo reli-
cto, hactenus indefectibili fide milis-
tanti, quicquid cum de alijs omnibus,
cum de hoc nostro sacrificio cōcordis-
ter tradidit & seruat, quā ipsis etiā scri-
pturis canoniciis, quas soli ecclesiæ des-
bemus, & quas quisq; excussa ecclesiæ
authoritate facile in suum sensum per-
uersum torquere potest, ut hactenus
nemo hæreticorū non fecit: qui descis-
centes ab ecclesia, quale doctrinæ, & sa-
nè mentis specimen nobis hoc tempo-
re præbuerunt, qualem profectū, qua-
lem gloriam regionibus suis pepere-
runt, quam confusam dogmatum, opi-
nionum, & rituum inter se struxerunt
Babylonem, nemo est qui non videat.
Sed iam hęc pauca quo ad fidem, ca-
ptiuanti intellectum suum, ne plus sag-
piat quam oportet, sufficient.

B

DE SACRIFICIO DE MERITO.

DE merito probaturus seipsum sacerdos, caueat in primis, & propiciat diligenter, ne protinus in laqueos hereticorum, & pelagus illud immensum dogmatum, & opinionum, in quo nunc multi fluctuant, sese præcipitet: nempe de gratia, & libero arbitrio, de fide, & operibus: ut si quæ cogitatio illum in eas vndas, vel in eum potius labyrinthum ducat, sumat, et pponat sibi vnicum, & id quidem perquā nobis familiare filum, cuius ductu facile eum ipsum labyrinthū ingredi & egredi circa errorem poterit: nempe orationem dominicam, quæ mea qđem sententia, sola sufficere potest, non alta sapere voluntibus, nō solum ad eos omnes quæstionum & assertionū nodos simpliciter resoluendos, sed etiā ad cognoscendum ea omnia, quæ & Christus tot sermonibus docuit, & nobis ad salutem, tam animæ quam corporis necessaria videntur.

Siquidem orans sacerdos, Pater no-

ster qui es in cœlis, sanctificetur nomē tuum, adueniat regnum tuum, fiat vos luntas tua, & quæ sequuntur, si secum quæ petat expenderit, euestigio quid gratia, quid liberum arbitrium valeat, deprehēdet. Quod enim nos Christus petere docuit, non solum ea bona, quæ æterna & corporalia sunt, vt regnum dei, & panem quotidianum, quæ mere sunt eius volūtatis & muneris: verum etiam bona spiritualia, vt sanctificetur nomē eius, & vt fiat volūtas eius a nobis, quæ potissimū ex voluntate & arbitrio nostro dependere vidētur: vna ex parte ostendit nos sine gratia ipsius nihil boni neq; facere ex nobis, neq; consequi ab illo posse, sicut alibi dixit: Sine me nihil potestis facere, Et apostolus: Gratia dei sum, id quod sum. Ex alia vero parte, quod ea vult nos a se petere, quæ nobis vltro dare posset, declarat exigere se voluntatē nostram, & in ea nonnihil esse situm: & ubi est voluntas ibi liberum arbitrium. Ideoq; dixit peccitate & dabitur vobis, cōtendite per angustam portam, & id genus alia, quæ

B ij

DE SACRIFICIO

facere, vel non facere, est utiqz voluntatis & arbitrij nostri. Vnde manifestum sit, & sine gratia dei nos frustra niti, & ad gratiam ipsam, voluntate & operā nostram requiri. Veluti cū alicui datur præceptor, & libri, sine quibus nihil potest proficere, non per hoc solū, ille mox efficitur doctus, sed etiā opus est vt voluntatem & studium suum adhibeat. Sic datur quidem a deo nobis vltro gratia, quine cogitare quidem boni aliquid ex nobis sufficimus, pulsat illa hostiū cordis nostri, incitat nos ad opus bonū, iuuat & sustentat operantes, veluti sanus ægre ambulantem: id tamen si aperitur illi hostium, si intromittit, si adsit resipiscēdi animus: secus vacua fit, & nihil inuitis nobis proficit. Nam & apostolus cū dixit: Gratia dei sum, id quod sum, addidit, & gratia dei in me vacua non fuit.

Similiter de fide & operibus, facile est ex ea ipsa oratione dominica, quantum quodqz ipsorū valeat, cognoscere: cum non solum petimus vt sanctificet nomē dei, videlicet vt hoc nomē quod

MISSAE:

est supra omne nomen, credendo con-
fiteamur, & glorificemus, sed etiā pe-
timus ut fiat voluntas eius: nempe ut
secundum voluntatē eius operemur,
quemadmodū ipse dixit: Non omnis,
qui dicit mihi Domine domine, intra-
bit in regnum cœlorū, quod vtiq; non
dicit nisi qui credit, sed qui facit volun-
tatem patris mei. Necq; fecit nos Christus
simpliciter filios dei, qui credimus
in nomine eius, sed dedit nobis potes-
statem, ut filij dei esse possimus, si adsit
meritum, & opera nostra. Vnde clare
constare potest, & fidem esse sine ope-
ribus mortuā, vt diuus Iacobus testa-
tur: & opera sine fide inutilia: quæ mul-
tis testimonijs fulcire nō est opus, quū
illa nusquam non sint obuia & manife-
sta. Non solum igitur sine fide, sed etiā
sine bonis operibus nemo se digne ad
hāc mensam accedere posse existimet.
Non enim auditores, sed factores legis
iusti sunt apud deū, iuxta apostolum.
Proindeq; quo pacto legē dei exequi
debeam⁹, quid nobis optandū, quidq;
vicissim fugiendum & expiandum sit,

B ij

DE SACRIFICIO

ex serie ipsius orationis dominicæ bre
uiter consideremus, eamq; solam pro
totius scripturæ speculo, ad excutien-
dum & cōtemplandum nosipsoſ pro-
ponamus, ut omnipotēti deo accepta-
bile fiat nostrū sacrificiū. Habet enim
hæc oratio quot uerba, tot mysteria, ut
omnia quæ ad salutem nostram scripta
sunt, facile in una hac tabella quasi de-
picta uideri possint:

Ac in primis ut in his duobus uer-
bis, Pater noster, illa duo summa præ-
cepta, in quibus tota lex pendet & pro-
phetæ, nempe dilectio dei & proximi
cōtinent, operæ preciū est cognoscere,
Siquidem cum sub lege ueteri, lege ser-
uitutis, nō aliter seipsum uocauerit de-
us, uocariq; uoluerit ab alijs q̄ dominū,
cum filij essemus iræ; habeatq; hoc no-
men dñs quiddam tyrannicum & me-
tuendū: nunc sub lege gratiæ per quā
hæredes factisimus dei, non iubet am-
plius seipsum vocari dominū, sed patrē,
quod nomen est pietatis & amoris, ma-
gis quam imperij, ne uidelicet metua-
mus eum ut serui dñm; sic enim quot

MISSAE:

12

Serui tot hostes: sed diligamus, ut filij patrē, diligentēs & ne ingrati hac eius benignitate uideamur, aut ne quo pacto illum offendamus, quēadmodum probi solent filij, nihilominus timeamus: quod non ab alio melius quam ab ipso Christo discere possumus, sic nos docente: Qui diligit me, sermones meos seruat, ut pote, qui ea omnia, quæ in dilectione dei sequenda, quæ fugienda sint, abunde continent. Et proinde qui deum recte diligere uult, sit semper in lege illius uoluntas eius, & in lege eius meditatio die ac nocte, sacerdos præsertim, cuius potissimum est legem dei scire, & interrogatibus de lege respōdere, ut inquit Hieronymus.

Lex autem a deo nobis tradita cum sit triplex, videlicet, Lex naturæ, lex scripta, & lex gratiæ, considerandum est quod quæc ipsaræ valeat & prosit. Primas quædem duas per nosipso implere possimus, sine tamen merito, si hoc modo nos iustificari putamus: legem vero gratiæ, debite nequaquam nos ipsi, iuxta humanitatē, nisi gratia dei suffulti ad-

A iiiij

DE SACRIFICO

implete ualemus. Conatus tamen ipse nullus est absq; merito, & qui legem hanc unā implet, alteras duas perfectius impleuit: uidelicet, cum lex naturalis iubet alteri non fieri, quod tibi non uis; lex scripta iubet non occidendum: & lex gratiæ iubet inimicos diligendos. Qui hoc postremū facit, illud utrumq; & magis quidē abunde perficit. Sed qui priores duas non seruat, tertia quæ difficilior est quo pacto seruabit. Et si non iustificabitur qui facit, quæ debet, ut se dicat seruū inutilem iubente domino, quid ille, qui non facit quæ debet? Lex enim data est, ut gratia quereretur, gratia data, ut lex implete inquit Augusti: Et proinde nō ideo cessauit lex Moysi q; mala esset: scimus em̄ vt inquit Apostolus, quod lex bona est, qui ea legittime utatur, sed cessauit ut non necessaria & imperfecta ad meritum, perfectiore adueniente: quēadmodū non ideo cessauerat initio fidei lex Moysi de decimis & prouentibus ministroꝝ dei quod abrogari debet ut mala, sed quia tunc implebat

perfectius per legē gratiæ, cum omnia
erant cōmunia, omniaq; sub pedes apo-
stolorū proīciebant: neq; enim solum
leuiticis sacerdotibus qui cessarūt, da-
bantur decimæ, sed etiam dedit Abras-
ham decimas Melchisedecho, cuius sa-
cerdotiū manet in æternum. Nunc hæ
retici, harpyis, qui continue bona ecclē-
siæ inhiant, adulantes, docent abrogas-
tas decimas cū leuitico sacerdotio per
legem gratiæ, neq; pro illis ex cōmunis-
candum aut contendendum esse: inten-
tim vero de pīciēdis ante pedes Apo-
stolorum bonis, decq; mulctatis per Pe-
trum vtraq; morte Anania & Zaphira,
ob fraudatam paucula pecunia ecclē-
siam, verbum nullum. Proinde neq; bo-
na temporalia diuinis & humanis legis
bus deo dicata, sacerdos, qui dispensa-
tor est eorum, & deo rationem est redi-
biturus, vel negligere, vel ad alios usus,
quam pios conuertere debet.

Porro non sufficit deum solum diligere, nisi una, & ea quæ ipsius sunt di-
ligamus & imitemur. Hec enim est a-
moris potissima conditio, omnia illa, que

DE SACRIFICIO

ad amatū pertinent, amare. Dei præcī-
pue sunt, iusticia, misericordia, & veri-
tas: ea imitari pro uirili nostra, si uere
diligimus, nos oportet. Dei item est do-
mus eius, quæ triplex est, Cœlestis, in-
terna hominis, & quā materiale uoc-
ant. De cœlesti scriptū est in euange-
lio: In domo patris mei mansiones mul-
tæ sunt. De interna hominis: Et pater
meus diligit eum, et ad eum ueniemus,
& mansionē apud eum faciemus. De
materiali: Domus mea, domus oratio-
nis uocabitur. Has domos diligere &
ornare debemus, si deū diligimus, pro
uiribus nostris. Cœlestem qdem con-
templatione diuinæ maiestatis, canen-
tes cum prophæta: Cœli enarrant glo-
riam dei. Internā nostram, innocentia
& puritate uitæ, ut uere dicere posse-
mus: Lauabo inter innocentes manus
meas, & circūdabo altare tuū domine.
Materiale uero cultu exteriori, iuxta
eundem prophetā: Domine dilexi de-
corem domus tuæ. Qui ergo non dilis-
git, & imitari non studet, iusticiam, mi-
sericordiam, & ueritatē in deo: qui non

habitat in domo eius cœlesti, diligēdo
cœlestia, sed totus in terrenis uolutat,
qui non curat ut domū corporis eius
Christus ingrediatur, & secum habitat
electo dæmone, & exuto ueteri homi-
ne cum actibus eius: qui deniq; con-
temnit, negligit, & fastidit sermones,
psalmodias, picturas, & ritum, orna-
tumq; ecclesiasticū externū, neq; in his
delectatur, quæ in laudem, & memo-
riam dei, & sanctoru; eius sunt ab eccles-
ia catholica tradita & ordinata: ille se
nequaq; deum uere diligere, nequaq;
se sacrificio & cōmunione ipsius, & san-
ctorum eius dignū esse existimet. Nam
& in amore carnali, non homo solum,
sed ea etiā omnia, quæcunq; memoriā
eius faciunt, siue sint sermones, vel can-
tilenæ, siue imagines, uel scripturæ, gra-
ta esse solent amanti: nihil in audiendo
uel contemplando de illo molestū, nul-
lus in dando & ornando modus, nullū
uidetur dispendiū. Sumptus tamen in
diuinis, lucro est sapienti, inquit etiam
comicus.

Dilectionē proximi docet, & ostēn-

DE SACRIFICIO

dit hoc pnomē noster. Cum enim dicit seorsum quisq; Pater noster, & non pa-
ter meus: indicat se non suo tantū, sed
etiam totius ecclesiæ nomine orare, neq;
sibi solum ea quæ petit, sed omnibus fi-
delibus petere: hoc enim series totius
orationis, nempe: Da nobis, dimitte no-
bis, testatur. Et cum unū omnes patrē
nostrū cœlestem uocamus, omnes nos
tidem fratres esse confitemur. Non eo
camen modo, quo nunc fanatici apo-
statæ in uulgu spargunt, omnes chris-
tianos esse æquales, omnes liberos,
omnes Reges & sacerdotes, sed eo mo-
do, quo apostolus ecclesiam, quæ cœ-
tus est fidelium describit, corpus quidē
esse unū, sed membra diuersa, & diuer-
sus actus habentia: uidelicet, ut sicut
membra corporis sunt sibi quodā mo-
do inuicem fratres, ut & poëta appo-
site dixerit, defessa dextra manu, Succe-
dit leua sorori: membra autē non sunt
æqualia, cum opere, tum nobilitate: ita
in corpore ecclesiæ sumus quidem o-
mnes fratres, sed dignitate & ministre-
gio differētes. Et pinde sic unusquisq;

MISSAE.

15

est Rex, & sacerdos in hoc spirituali corpore ecclesiae, sicut est quodlibet membrum, caro in humano corpore. Non tamē propterea omnia membra quod æqualiter sint caro, eandem nobilitatē habere, & eundē actum exercere possunt. Non em̄ ita nobilia sunt inferiora membra, sicut sunt superiora, neq; auris pariter loqui, ut lingua, aut lingua pariter, ut auris, audire potest, cum unius corporis, vna sint caro. Sed quodq; ipsoꝝ præcellit, operaturq; id, ad quod est per creatorem omniū ordinatum. Dilectio igit omniū nostrū inter nos, talis esse debet, qualis est membrorū unius corporis inter ipsa: vt sicut nullum membrū, alteri membro malū fauet, imo unū aliud sustēt, & quodq; ipsorū ministerio suo ad bonum totius corporis utitur: nec enim oculus sibi soli cernit, aut os sibi soli comedit, sed in bonū & pfectum toti corpori: quin ubi periculū capiti, aut alicui membro imminet, mox manus seſe opponit, que defensioni est designata: sic esse debet in corpore ecclesie, ut nullus fidelīus al-

DE SACRIFICIO

teri malū optet, quin unusq; actu &
ministerio suo, ad quod est ordinatus,
in cōmune bonum totius corporis uta-
tur, ut neq; rex sibijsi tantū regat, neq;
sacerdos sibijsi solum sacrificet, neq;
miles seipsum solū defendat, neq; agri-
cola sibijsi tantū seminet, sed cōmuni-
bono, quēadmodum uulgo dici solet,
ad bonū statū reipublicæ cōseruandū:
Tu ora, tu ptege, tuq; labora: ut quisq;
quod sui est muneris operari curet in
cōmune bonū: quin ubi vel reipublicæ
uel speciatim ordini alicui periculum
imineat, militaris ordo, qui ad defensio-
nem constitutus est, sese opponere de-
bet; nō ut nunc sunt mores, omnia con-
fundere, & alius in aliū munus suum
reīscere. Et huiusmodi fraternitas, hu-
iusmodi fauor, & dilectio, debet esse ex-
æquo inter nos fideles generatim om-
nes. Speciali vero seu naturali dilectio-
ne, diuerso modo nos inuicem comple-
cti debemus: magis enim tenemur dilig-
gere propinquū, quam alienū, amicū
quam hostem, bonū uirum q; malum.
Similiter ut dilectio illa generalis, ita

etiam aestimatio inter nos debet esse generaliter et qualis, ut qui et qualiter homines sumus, et qualiter nascimur, et morimur, et qualiter etiam nos aestimare debemus. Speciatim uero non perinde, maioris enim facere oportet Regem, quam satrapam, Episcopum, quam sacerdotem, nobilem quam rusticum, et reliqua ad hunc modum. Porro in conservanda iusticia et dilectione erga proximos, hoc agere debet unusquisque in officio et regimine suo, quod agit ratione in corpore suo: nullum membrum laedi, nullum amittere cupit, nihil non agit, quo sana omnia conseruet: et ubi alii quod aliquo malo affectum uidet, omnia prius tentat, quam secari uel abscindi patiatur. Vbi uero uel caro alicubi putrefuit, uel membrum aliquod aruit, postius abscindicatur, quam ut totum corpus corrumpi finat: ita potestates tam maximae quam infimae, omnes quidem servare et souere, neminem uero perdere uelle debent, si corrigi potest absque male publico, sin minus, consulendum est communis bono, et dilectio unius, multo

DE SACRIFICIO

rum dilectioni posthabenda. Quod de
alijs maleficiis, hoc pariter de hæreticis
est intelligendum, quoꝝ sermo, ut can-
cer serpit, iuxta apostolū, qui morbus
ne totum corpus corruptat, secari uel
uri solet. Necꝝ hic mihiogganniant: Si
nite zizania crescere usqꝝ ad messem,
quod aliorum accipiendum est, quam
p̄diti homines in suū subsidiū trahunt:
nempe de hominibus nequā in genere,
atqꝝ his non satis cognitis, quēadmodū
iolium inter triticum nō admodum dis-
gnosci solet ante messem. Non enim, in
quit Hieronymus, in uerbis scriptura-
rum est euangeliū, sed in sensu, non in
superficie, sed in medulla, non in ser-
monū folijs, sed in radice rationis. Alio
quin si cortex uerborū tantū sit consi-
derandus, cum dictum sit a Christo, re-
mittenda esse hominibus errata ipsorū,
non reddendum malum pro malo, non
recte apostolus iussisset ulcisci omnem
inobedientiā: neqꝝ recte principes gla-
diū gererent ad vindictam malorū,
& laudem bonorum. Cum item dixit
Christus præbendam alterā maxillam
percuti

percutienti, & dignū esse gehenna, qui
fratri suo diceret fatue: non recte apo-
stolus maledixisset Pontifici, cum eius
iussu cederetur, neq; recte Galatas fra-
tres, eosdemq; postea stultos & insen-
satos appellasset: & alia id genus pluris-
ma, quæ in hoc dicta sunt, ut hoc velu-
ti freno, moderaremur affectus & im-
petus animorū nostrorum, ne modum
aduersus charitatem & mansuetudinē
transilirent: vtq; omnia ad profectum
cōmunē accōmodantes nihil grauare-
mur facere, quodcunq; ex re fidei, &
proximorū vtilitate esse videret. Necq;
enim apostolus maledixisset Pontifici
iubenti se cädere, & proculdubio alte-
ram maxillam præbuisset: præbuisset
& Christus apud Annam, si quē pro-
fectum hinc futurū perspexisset. Necq;
si tolerandi essent inter fideles heretici,
sicut zizania inter triticum, recte præ-
cepisset apostolus, illos post primā &
secundam correctionē uitari, quod ni-
hil aliud est q; a cōsuetudine, & cōfor-
tio fidelium segregari, Necq; recte opta-
set illos, qui suis sectis fideles cōturba-

C



DE SACRIFICIO

bant abscindi, veluti membrū putridū
a corpore: quodq; adeo optabat fieri,
id factū haud dubie curasset, si tūc gla-
dius sacerularis subditus fuisset Christo.

Et quando hīc gladij mentionē fe-
cimus, attingēdum videt & id, quod
pestes istæ pro præsidio scelerum suo-
rū nusq; nō adducunt: hæresim esse cri-
men spirituale, nempe hoc vel illo mo-
do sentire, sacerulares principes nō ha-
bere ius puniendi, nisi crima corpora-
lia: præsides vero ecclesiasticos exar-
matos esse præcepto dei, non gladio
solū, sed & baculo & pera, nihil illis re-
lictum esse ad puniendū, præter gladij
um sp̄iritus, quod est verbum dei, Fa-
teor principes sacerulares nō habere po-
testatem in vitia spiritualia, necq; enim
corrigerē possunt quenquā pro super-
bia, pro auaritia, pro odio, pro inuidia,
& alijs vitijs, cum sint tantū in spiritu.
Verum quū istarū arborū fructus pro-
dit, contemptus legum & potestatum,
furta, sacrilegia, seditiones, & homici-
dia, an non ista punire debent? Parimo
do hæresis cum est in animo, puniri qui



dem non debet per principes, nisi frus-
ctus suos ædat, ne euellatur triticum
cum zizanijs, quādo nō recte digno-
scitur: at vbi prodeunt sermones, quos
apostolus serpere veluti cancrū testat,
morbum toti corpori perniciosissimū,
prodeunt seditiones, contemptus, sacri-
legia, & rerū omniū perturbatio, qua-
lem nūc pro dolor in Germania regio-
ne clarissima uidemus, adeo ut & lectus
coniugalis, quo nihil coniunctius esse
debet, sectis istis que veluti hydræ ca-
pita indies aliæ super alias crescunt, sit
illuc disiectus: an ad eam pestē, ad hæc
scelera conniuere debent principes? at
conniuent tamen, persuasum est illis,
nō esse hoc ipsorū muneris. Si quis qd
facit, magis videt alicuius rei priuatæ,
quam ex animo vindicandę rei diuinæ
causa facere: Et proinde merito flagel-
lū dei instat exacturum poenas de om-
nibus. Quando enim talē iniuriā & cō-
tumeliā suam, talia facinora, deus non
puniuit: quisq; clades præteritas chri-
stianorum legerit, comperiet semp hæ-
reses præcessisse. Porro de præsidib; C ij

DE SACRIFICIO

ecclesiæ, fateor pariter Christum apostolos vetusse ferre baculum & peram, sed postea cum illos uisibiliter esset deserturus, hæc habenda permisisse: quin & tunicam vendendam, & emendum gladium præcepisse: designando hac bina ipsorum missione, binum ecclesie statum futurū. Nempe primū sola diuina puidentia fultum, ad ostendendū fidem sola dei virtute fundatā. Secundum vero non diuina solum puidentia, sed humano etiam p̄sidio, a rebus temporalibus firmatū, ut ita, quemadmodū declarat Chrysostomus instrueret illos, qui prius eius solius ope sustinebantur in omnibus, nec quicq̄ illos defuerat, quomodo post hac fundata fide, cura & ope sua se se sustentarent. Veluti ille facit qui natare docet, primo ipse totos natantes sustinet, deinde paulū manus subtrahēs, tandem illos sinit viribus suis se se sustinere. Hic mihi mox obīciēt gladiū illum emendū intelligi verbū dei, & Petru reprehēsum qd' gladiū eduxerit. Et id quoq̄ fatemur, duos gladios recte interpre-

tari duo testamēta, sed per allegoriā &
moraliter. Ceterū re ipsa de gladijs il-
lic erat sermo, neq; Christū cum ostēsi
essent duo gladij declarasse tum, siqd
aliud intelligi voluisse, qd alias in ex-
plicandis illis parabolis suis facere cō-
sueuerat, sed tantū dixisse, sufficit. Ali-
oqui & illud, qd prohibebat ferri bas-
culus & pera, posset aliter interpretari
iuxta allegoriā, si qs vellet. At Paulus
inquiūt, vocat gladiū verbū dei: vocat
sane, sed nō simpliciter, vt illic: verū gla-
diū spūs, addens insup glossam, qd est
verbū dei: quēadmodū et scutū fidei et
loricā iusticie dixit, exprimēs id qd sis-
gnificari voluit. Et pīnde recte ecclesia
q colūna est veritatis, duos habet gla-
dios, alterū sēculari dat potestati, alterū
sibijpsi retinet. At dicūt, si habet, phibe-
tur illū exerere: phibet quidē, sed ita
vt alia id genus p̄cepta, quæ, vt inquit
Augustinus, nulla instantia p̄cipientis,
sed ratiōe dispēsantis, pro tēporum cō-
ditione mutant. Est em̄ quādo peccā-
tū fit non irasci pximo, & alia id genus
facere, quæ phibita sunt, vnde veniūt

C ij

DE SACRIFICIO

illa p̄cepta Christi, quæ secum pugna re videntur: vt pote, de odio habendo patre et matre, & cōtra de diligēdis etiā inimicis, de orādo, de danda eleemosy na secrete, & cōtra de eo vt luceat lux nostra corā hominibus, vt videant̄ ope ra bona, & cetera quæ pro re & tēpo re sunt ad vitia vitāda, & ad usum ac pfectū cōmunem accōmodanda. Alioq ad quid iubere haberi gladius nunq̄ exerēdus: ad quid liber nunq̄ aperiēdus: Necq̄ Petrus reprehēsus erat, iux ta ipsius Augustini sententiam, qđ gla dio p̄cussit, sed quod nō iussus percus sit. Necq̄ dictū est, qui gladio ferit, gladio perire solet, sed qui gladiū accipit, quē nemo sibi sumere debet, nisi illi detur a deo per potestates ab eo cōstitutas: quēadmodū est illud: nemo sibi susmat honorē, nisi vocetur a deo: alioqui nō verū dixisset hic Christus, cū multi gladio vtētes nō gladio tamē decedēt. Necq̄ dū Petro cōmissum erat munus pastorale, qđ cōmune est cū Regibus, nam & reges pastores vocant̄, qđ qui gerit, necesse est vt quos pascit, dirigat.

MISSAE:

20

Neq; hic tantū opus est pabulo, sed &
baculo & virga ferrea: vt & oues non
errent, & lupi abigant. Iterū hic mihi
occident: verbo pascendū esse gregem
per pastores ecclesiasticos: verbo qui-
dem, sed non solo verbo, verum etiam
et virga directiōis pascendus est: alio q;
quare Apostolus dixisset, quosdam in
ecclesia datos pastores, quosdam dos-
ctores, si pascere tantū docere signifi-
caret: aut si omnes sumus ex equo Re-
ges & sacerdotes, cur & hæc omnia
quæ dicta sunt apostolis de non habē-
dis gladijs & loculis nō pertineant ad
omnes? Atq; hæc nō eorum dicta vo-
lui, vt armem nos ecclesiasticos gladijs
& fustibus, vt persuadeam arma nobis
esse tractanda, & pugnas struēdas: scis
mus nos Christi milites esse, pugnare
nobis nō licere, sed volui duntaxat eo-
rum ostēdere petulantiam & peruer-
sitatem, qui eorum hanc vnam cantile-
nam nunq; obstrepere cessant, de ex-
armatis apostolis, de non habendis lo-
culis, & inopia primitiæ ecclesiæ, vt
impune fiant hæreses & facinora om-

C iiii

DE SACRIFICIO

nia in ecclesiā, vtq̄ illā bonis eius exū-
ant, quæ iuste habet ex donatione prin-
cipum, sicuti & alijs ordines sua habent
bona: quasi Christus ipse nō habuerit
loculos, quasiq; in primitua ecclesia
non multo locupletiores fuerint apo-
stoli & presbyteri alijs fidelibus, quādo
omniū bona in potestatē ipsorū trade-
bantur: deniq; quasi Petrus non usus
fuisset munere cohercionis et virga fer-
rea, punito Anania & Zaphira grauissi-
mo supplicio, morte videlicet corporis
& animæ, nō gladio quidē, sed verbo:
sed tamē maius est occidere verbo quā
gladio: quemadmodum sanare verbo
plus est, quā cauterio: & feriri anathē-
mate, q̄ ferro, tanto est grauius quāto
anima corpore est nobilior, quod tamē
est, citra controversiam, ecclesiasticū.
Sed iam nimis ab instituto nostro di-
gressi sumus, malignitate & obtrecta-
tiōe æmolorum nostrorum pertracti.
Nunc ad reliquias ipsius orationis do-
minicæ partes expendendas pedē cō-
feramus, vt priusquā ad sacrificiū no-
strum accedamus, nos in hoc speculo

cōtemplari, & maculas si quas nostras
deprehenderimus, per pœnitentiā, &
confessionē debite abluere possemus.

Post salutatū patrē nostrum cōles-
tem sequūtur petitiones nostræ septē,
ad reprimenda septem vitia capitalia.
Prima est, sanctificet nomen tuum, ad-
uersus superbiam omniū vitiorū parentē.
Cum enim duæ sint potissimæ condi-
tiones superbie, nempe elatio animi, &
arrogantia, quarum altera laudem suā
vbiq; venat, altera omnia sibi ipsi, sueq;
industrię, ac dotibus suis tribuit. Cūq;
aduersus illam canat propheta: Non
nobis domine non nobis, sed nominis
tuo da gloriam: aduersus hanc vero in-
uehatur Apostolus: Quid habes qd;
non accepisti, & si accepisti quid glo-
riaris, quasi non acceperis: nos aduers-
sus utramq; petimus, Sanctificetur no-
men tuum, optantes videlicet, vt non
nostrum sed dei nomen sanctificetur
& glorificetur, cum ab omnibus, sicut
optauit Psaltes orans: Omnis terra as-
doret te, & psallat tibi, tum a nobis
peculiariter, ob dona in nos collata,

DE SACRIFICIO

omnia nostra bona illi tribuēdo: & de his illi soli gratias agendo: tamen & in gratijs deo agendis summe cauens dum est, ne in vitium hoc incidamus. nimium nobis de operibus nostris placentes, & proximos nostros quātum libet peccatores contemnentes: veluti contigit illi, qui templū ingressus gratias agebat deo, quod non esset sicut certi homines, designando speciatim publicanum, qui peccatorem se profitēs, & sese animo deiçiens orabat: Deus p̄picius esto mihi peccatori: vnde ille damnatus, hic iustificatus, discesserūt. Habet enim hoc superbia pr̄cæteris vitijs, vt non in malis solum operibus, sed etiā in bonis consistat. Et proinde tanto diligentius est in omnibus cauēda: nullum enim est deterius malum, quā quod sub specie boni latere solet. Vnde illæ tot redēptoris nostri in phariseos et hypocritas inuectiuę, qui opera illa sua bona eo animo faciebāt, vt ab hominibus viderentur: laudem suam & honorem vulgi vbiq; aucupantes. Alioquin qui bona operāt coram ho-

minibus, non laudis suæ causa, sed ædificandi & lucrificiæ proximos deo, hic bene operatur, & fert fructum multum. Quare cum hæc teterrima superbia pœstis, primū e cœlo Luciferū, quādo similis altissimo esse cupiebat, deinde e paradiſo primū hominē, dum diuinitatē appetebat, præcipitē dederit: cū sola in terris bella et seditiones moueat, dum alter alteri præstare nititur: sola hærefes summā orbis perniciem creet, dum vnuſ summus sacerdos vice dei in terris, vt ait Cyprianus, cōtemnitur, per eos potissimū, qui scientiā sibi præalijs arrogantes, os in cœlum ponunt, & potestates ac instituta ecclesiastica contemnunt: cum deniq; sola hæc pestis opera ipsa bona corrūpat, dum ieiunans manducantē spernit & iudicat, dum faciens eleemosynā, in hoc facit, vt videatur, dum annūcians verbum dei, & in vitia hominū acriter detonās, non gloriam dei, non salutem proximi, sed suam laudem, suumq; commodū quærit: idq; aliis picturatis verbis, aliis nodosis syllogismis sibi placēs ac tu-

DE SACRIFICIO

mens, nihil interim eorum praestans quæ docet, imo id faciens ipse quod detestatur: exploranda est diligenter sua cuique sacerdoti conscientia sacrificare volunti, ne qua macula insit eius labis: & si quid tale titillaret animum eius, reuoluat secum illud aduersus vanam gloriam, quod ecclesia nobis quotannis refricat: Memeto homo quod cinis es, & in cinerem reueteris: & illud dominicum aduersus arrogantiā, Qui se exaltat humiliabit, & qui se humiliat exaltabitur. Cum enim in sorte domini uocati sumus, eius doctrinam potissimum aduersus huiusmodi vitia sequamur, monentes nos: Discite a me, quia mitis sum, & humilis corde. Et alibi: Cum feceritis omnia quæ precepta sunt, dicite serui inutiles sumus, ut non solù non efferamur in honore nostro per vanam gloriā, sed etiā non placeamus nobis ipsis in operibus nostris per arrogantiā, omnia soli deo accepta ferentes, persuasumque habentes, tum demum maximū esse meritum nostrum, cum minimum esse reputabimus.

Sequitur altera petitio: nempe, Ad-

MISSAE.

23

ueniat regnū tuū, quēadmodum alibi
præcepit ipse dominus: Primū quærите
regnum dei, & omnia adiūcent vobis.
Vnde recte hæc petitio opponit vitio
auaritiæ, morbo omniū pestilentissimo.
Si quidem vt superbia parens, ita hæc
radix omniū vitiorū esse dicit: illa lau-
dis & suīpsius amore, hæc lucri cupi-
ditate æstuās, ex qbus inuidiæ et odia,
reliquaqz id genus vitia nascunt, Aua-
ritia siquidem parit nobis peditores, pa-
rit fures, parit sacrilegos, parit deniqz
simoniacos, & quid non: vnde & mala
omnia. Proinde super hoc vitio discu-
tienda est diligenter sua conscientia sa-
cerdoti, num quid cuiquā debeat, num
quē defraudauerit, maxime sub specie
probitatis, num laudis vel quæstus gra-
tia tantum sacrificet, & munus suū tra-
ctet, num deniqz aliquid simoniace, aut
aliquibus alijs indignis modis, acquisi-
uerit, sacrū præsertim. Nam in his tāto
difficilior est sui ipsius probatio quāto
& satisfactio difficilior. Si quidem alia
cōmissa nostra solo dolore, & pœnitē-
tia, per confessionē abluerem possumus,

DE SACRIFICIO

per hoc vitium, si quid cōmittimus, nō
dimititur peccatū, nisi vel restituatur
ablatū, vel male partū expietur. Vnde
nō solum expendere nobiscū oportet,
si quid cui debeamus, sed etiam si mu-
nus nostrū lucri & quæstus causa aliis
quando exercuerimus, si sacerdotium,
si episcopatū, non propter opus bonū,
sed propter bonas opes appetiuimus.
In his, si qd sacrificatus intra se offen-
derit, curet modis omnibus qbus pos-
test sese deo priusquā sacrificet recon-
ciliare. Sic enim Zacheus publicanus
antequā Christum in domū suam reci-
peret, fecit, dicens: Domine ecce dimis-
dium honorū omniū do pauperibus,
& si qd aliquē defraudauī reddo qua-
druplum. Porro auaritia non in quæ-
rendo solum, sed etiā in retinēdo consi-
stit. Vnde dixit Christus: Nolite possi-
dere aurū & argentū, quod aliud nihil
est, nisi auro & argento congesto quasi
gallina ouis incubare. Vnde monet a
postolus: Qui habent tanq̄ non habe-
ant, nam vbi thesaurus, ibi et cor hæret,
quod, cum in omnibus alijs, tum in cle-

MISSAE.

24

ricis, qui dispensatores sunt, non solū
spiritualium, sed etiam temporalium, ab
initio ecclesiæ, est valde detestandum,
Sed & in dispensando maxime consi-
derandum est, cui dandū, aut quomo-
do dandum: ut enim peccat quinō dat
cui debet, ita qui dat cui nō debet pec-
cat. Opes ecclesiæ debent generaliter
pauperibus, sed nō solum in pauperes
sunt, qui stipem per vicos, & templa ex-
mēdicāt, inter quos nō rari inueniunt
errones, & sycophantæ, & fugitiui, mi-
nistriq; multorum facinorū, quæ clam
cōmittunt: sed sunt etiā pauperes in
omni gradu & ordine, quibus piū est
opitulari: nō eos dico, qui bona sua vel
abliguriunt, vel dissipant quomodo-
cunq;, plusq; de mutuando, quā de sol-
uendo cogitant: sed eos quorū virtutis
bus vel res angusta domi, vel fatum ali-
quod aduersum obstat, quo minus ad
vsum aliquem ecclesiæ, vel reipublicæ
emergat: vel qui liberos suos recte edu-
care, aut locare præ egestate nequeūt:
qualis fuit ille, cui diuus Nicolaus o-
pē tulit: vel qui morbo oppressi, victū

DE SACRIFICIO

sibi parare non possunt. Sed neq; ij ex
cipiendi sunt, qui se causa regni cœle-
stis castrates, omniaq; deserentes, Chris-
tum sunt sequuti, quales sunt monas-
chi & fratres mēdicantes, quantumlis-
bet hoc genus vitæ detestentur noui, si
deo placet. Euangelistæ: quasi rectius
sequātur Christum, qui voto violato,
rebusq; ecclesiæ cōuasatis, cum scorto,
vel spōsa dei, aut vxore alterius profu-
giunt, quales sunt apostatae tot ordinū,
quorum libidine & insolētia ignis iste
potissimum exarsit: Non laudo monas-
chos discursantes cum pixide per po-
pinas & ganeas potandi & pgræcandi
causa: sed honeste mēdicantes nō im-
probo. Recte quidem manducant, qui
labores manū suarū manducant, sed
non minus recte aliorum laboribus ve-
scunt, qui spiritualibus alimentis alios
reficiunt. Nam hic quicquid dicitur
in monachos, dici in Christum & apo-
stolos eadem ratione potest a maledi-
cis. Sed de his hactenus.

Cæterum petitio hæc: Adueniat re-
gnum tuum, ad hoc etiam pertinet, vt
optemus,

MISSAE.

25

optemus, quo deus regnet in nobis, &
desinat esse in nobis regnum diaboli.
Quamdiu enim vitijs & cupiditatibus
malis immersi sumus, tam diu regnat in
nobis princeps huius mundi, & potes-
tates tenebrarum, quæ nisi ejciant re-
gnare in nobis nō potest deus; non em
bene conueniunt, nec in vna sede mo-
rantur, princeps tenebrarum, & prin-
ceps lucis. Sed cum vnum istoꝝ adest,
alterū mox ut desinat necesse est. Petim
us igitur venire in nos regnū dei, qā
soli sufficientes non sumus regnū dia-
boli excutere, ostendētes nihilominus
desideriū & voluntatem nostram illud
executiendi adiuuante dei gratia. Nam
qui firmam voluntatem, vel saltem desi-
derium non habet, resipiscendi, & vitia
sua vitādi, neqꝫ in hoc operam suā quā
potest adhibet, ille frustra deum inuo-
cat, frustra confiteſ & sacrificat, immo
iudiciū sibi manducat & babit, nō diju-
dicans corpus domini, quod in dæmo-
nis corpus demittit.

Sequitur, Fiat voluntas tua, quo nō
solum petimus, vt faciamus voluntatē

D

DE SACRIFICIO

dei, nempe opera bona, nam sine illo nihil possumus facere, sed etiam petimus ne voluntas nostra obsistat diuinæ voluntati, quod aduersus inuidiam potissimum est remedium. Nam cum inuidia in hoc consistat, quod dolemus de prosperis, vel dotibus proximi nostri, qui bus nos antecellit, ne incidamus in ran corem aduersus deum, vel aduersus protestates, dei vice fungentes, petimus ut fiat voluntas eius: nō quod illa fieri nō possit absq; petitione nostra, sed quod volūtas nostra ab illa nō diffideat, nec illi repugnet: vt si quum videamus, alii quem præstare nobis aliquo, & inde arrodat dolor animū nostrū, dicamus: Tu es dñe qui humilias, & qui exaltas, fiat volūtas tua, fiat quod bonū videt oculis tuis: & sic non impingemus in hunc scopulum. Alioqui, si quid non opere solum, sed etiam ore vel animo obsistimus diuinæ voluntati, nec vo luntati ipsius cedit voluntas nostra, insigne nos accedere certi simus.

Sequitur, Panem nostrū quotidias anum da nobis hodie. Hic duplice pæ

nem nobis dari petimus, in subsidium,
aduersus duplē corporis & animi
infirmitatem, nempe luxuriam, & gu-
lam. Alterum de quo ipse dixit: Panis
quem dabo caro mea est. Et propheta:
Panem cœli dedit eis, panem angelorū
manducauit homo: qui ppter ea dicit
panis noster, quia est ut canit ecclesia,
nobis natus, nobis datus: & quotidia-
nus, quia quotidie offertur & editur in
ecclesia per ministros, in vsum & utili-
tatem communem, ut supra dictum est.
Cum igitur ut dominus per Malachiā
prædixit, in omni loco sacrificat & of-
fertur nomini eius hæc oblatio munda
corporis eius, cuius esus est in hoc, ut
maneamus in eo, & mutemur in ipsum,
proculdubio cum hunc cibum nobis
dari petimus, mudi esse, sicut est ipse cis-
bus, optamus: quod peculiarit̄ est ad-
uersus libidinem seu luxuriam. Cui ma-
lo omne genus hominū quanto magis
obnoxius est, vt et sanctissimū Dauidem,
& sapientissimum Salomonem, & fors-
tissimum Samsonem superauerit, eges-
ritq; in præceps, vt longe sit facilius il-

D ii.

DE SACRIFICIO

Iud reprehendere q̄ vitare, tanto accusatius custodire se ab illo debet, cum vnuſq; qui pane hoc refici postulat, tum maxime sacerdos, qui illum conficit & tractat: quo pacto enim conuenit oblationē mundam, immundo ministro tractare, aut mundum cum immundo miscere, vnuſquisq; secum expendat: Et propterea ecclesia statuit, sacerdotes esse cœlibes, ut ita quasi cœlestem vitam ducentes, quæ cœlestia sunt liberius & dignius exequi possint. In cœlo enim non nubunt, neq; nubunt. Hunc igitur cibum, si pro alimento animæ, & purificatione ac custodia corporis nostri, cum fide & veritate poscimus, liberari nos illius virtute a præssera huius flammæ firmissime speremus. Verum non coronabitur nisi qui legitime certauerit.

Alterum panem, nempe cibum & vestitū corporalem, ideo petimus hic nobis dari panis solius nomine, ut in nobis omnem luxum & gulam amputemus. Non em petimus nobis dari coenæ dubias, mensas Lucullianas, victū

ac vestitū splendidum, sed panem tantū
quotidianū: quia alij cibi mutant̄, panis
vero quotidianus est homini cibus, &
tam diuiti quā paupericōmunis. Neq;
petimus in multos dies, sed tantū ho-
die, iuxta illud euangelicū: Nolite solli-
citi esse de crafstino, ne videlicet nimia
cura & sollicitudine corporis nostri ita
distineremur, ut animæ necessarijs &
cœlestiū rerum contemplationi, libere
vacare non possemus. Alioquin hic
sollicitudinem prohibet Christus, non
operam: nam & apostolus pro semente
spirituali, temporalem messem exige-
bat. Quo pacto autē recte petit is panē
sibi tantum dari, cuius studium est vni-
cum, ventrem innumeris cibis & poti-
bus distendere: qui totus nihil est nisi
venter, totusq; eius nō nisi in scyphis &
patinis est animus, qui orans vel sacri-
ficans crapulam hesternā ructat, nimi-
rum deo prorsus illudere videtur. At
quantū sit vitiū humani generis luxus
& gula, audiat qui non credit Ezechie-
lem dicentem, capite 16. Ecce inquit
hæc fuit iniq;itas Sodomæ. Superbia,

D iii.

DE SACRIFICIO

saturitas panis, ocium, manū pauperi
nō porrigeabant, & fecerunt abomina-
tiones: Quo loco Hieronymus, supbia
inquit, saturitas panis, rerum omnium
abundantia, ocium, & deliciæ peccatū
Sodomiticū est. Atq; hic nomine panis
omne cibi genus, & saturitas eius, gula
intelligitur. Audiat item Augustinum
super Genesim de incestu Loth cum fi-
liabus suis cōmisso, ebrietas, inquit, de-
cepit, quem Sodoma nō decepit, vritur
ille flammis mulierū, quem sulphurea
flamma non vrebatur. Audiat postremo
Hieronymum de Noe ebrietate: Noe
inquit ad vnius horæ ebrietatē pudens-
da sua nudauit, quæ per sexcentos ans-
nos contexerat. Ne plura recenseam,
ideo præceperat dominus summo sacer-
doti Aaron, ne vinū, & id quicquid in-
ebriaret, biberet, & filij eius sacerdotio
fungentes. Ideo Apostolus vetuit ine-
briari vino in quo est luxuria. Ideo sa-
pientissimus Salomon tantū victui ne-
cessaria dari sibi petebat. Ideo deniq;
panem tantū a se peti dominus nos dos-
cuit, quod ingluuies cibi & potus sit

omnis libidinis, & omniū malorū cau-
sa potissima: alioqui sine Cerere & Ba-
cho friget Venus. Quę ideo hic dixisse
volui, quod vitium hoc gulæ & ebries-
tatis, adeo vulgo receptū est apud ples-
rosq; vt iam non pro vītio, sed pro vir-
tute reputetur, quēadmodū apud cer-
dones & pellifices, fœtor ipsoꝝ vsu illis
fit pro odore. Idq; videre licet nō inter
eos solū, quos sœculares vocamus, sed
etiam, quod indignum dictu est, inter
sacerdotes, inter religiosos, atq; adeo
inter nos, qui in specula constituti su-
mus. At quis speculator bonus nisi so-
brius? nam ebrius vt dormiat, & stertat
necessē est, venitq; inimicus homo, &
supseminat zizania tritico, venit aper,
& depascitur vineam, venit fur, & per-
fodit domū, venit lupus & rapit ac dis-
pergit oues, & quid non? Apostolus
vero pulsans ait, Attēdite vobis & cun-
cto gregi, in quo vos spiritus sanctus
posuit episcopos, vt regeretis ecclesiā
domini, quam acquisiuit sanguine suo.
Et proinde recte Origenes ait, vt sobrie-
tas omnium virtutum mater est, ita vis-

D iiiij.

DE SACRIFICIO

cissim ebrietas omniū vitiorū est origo.
Non arbitretur ergo quisq; id leue esse
vitium, in sacerdote præsertim, qd^r for
tes frangit, ingeniosos hebetat, sapien
tes dementat, castos effœminat, sanctos
corrumpit, timeatq; vnusquisq; heluo
illud. Esaiæ: Ve qui consurgitis mane
ad ebrietatē sectandam, & potandum
vſq; ad vesperā. Nos vero ministri dei,
iuxta Apostolum, sobrie, iuste, & pie
vivamus in hoc sæculo, vt digni inue
niamur ea sorte, in quam vocati sumus.
Neq; tamen ita restringenda est nobis
esca & potus, vt nō quādoq;, & nobis
ipsis, & proximis nostris citra crimen
morem geramus. Nam & Apostle
sibet gaudere cū gaudentibus, & flere
cum flentibus. Exigit enim interdum
ius hospitalitatis & dilectionis, vt non
omnino abstemij & Pithagorei simus,
vt edere & bibere, quæ apponunt non
recusemus. Verum ad humanitatē, nō
ad superfluitatem, ad solatium, non ad
vituperiū, ad lætitiam, nō ad insaniam,
omniaq; cum gratiarūactione sumētes:
neq; vt docet Augustinus, cogantur

MISSAE.

29

diuites pauperū cibis vesci, vtant̄ super
fluīs, dent necessaria inopibus, vtantur
preciosis, dent vilia pauperibus. Non
enim propter aprum, sed propter po-
sum mortem primus homo inuenit,
& Esau primatum suum non propter
gallinam, sed propter lenticulam per-
dedit, vt non cibus vel potus sumptus,
sed animus sumentis, non res, sed mo-
dus expendi debeat.

Sequitur, dimitte nobis debita no-
stra. Hæc petitio duobus vitijs oppo-
nitur, videlicet acediæ, quando debita
nostra petimus nobis dimitti, & iræ,
quando iuxta præceptum domini, di-
mittere nos debitoribus nostris profi-
temur. Vitium acediæ multifariâ com-
mittimus, dum ea quæ tenemur, & que
deo promittimus, per ocium & torso-
rem nō exequimur. In baptismo pro-
fessus est vnusquisq; nostrum fidem
Christi, vera autē fides est, quæ per cha-
ritatem operatur. Alioquin fides sine
opere, est id quod arbor sine fructu. Re-
nuntiauit vnusquisq; Satanæ, & eius
operibus, & hæc est generalis christia-

DE SACRIFICIO

anorum professio, generalis omnium
obligatio, qua nos ab initio obstrinxie-
mus. Debemus igitur omnes ex æquo,
& facere id quod promisimus, & non
facere quibus renunciauimus in ba-
ptismo. Porro præter hoc generale de-
bitum cuiuslibet christiani, sunt & alia
specialia debita vniuersitatisq; ordinis
hominum. Habet enim suum debitū,
seu officium Rex, habet suum Episco-
pus, habet sacerdos & monachus, ha-
bet deniq; miles, ad quod vnuſquisq;
in sua vocatione se obstrinxit: qd' quia
notius est, quā declaratione indigeat,
quid quisq; ex officio, seu professione
sua præstare teneatur, quid Rex in coro-
natione, quid Episcopus vel sacerdos
in cōsecratione, aut monachus in voto
ædito promiserit, quid miles vel pro fti-
pendio, seu bonis acceptis, vel pro mi-
litari sacramento & dignitate quæsita
teneatur: quid deniq; & alijs omniū or-
dinum homines, vscq; ad opifices & co-
lonos debeant, in eo ad quod per dei or-
dinationē est quisq; ipsorū designatus,
nolo hic esse diffusior: quomodo non

MISSAE.

30.

solum peccamus, dum mala committimus, aut dum mandata transgredimur, sed etiam dum bona opera, & officia nostra debita exequi negligimus. Nam unusquisque debitum & officium suum sciens rectius haec secundū expendere posse terit. Necque hic proprie illud, quod debemus, sed peccatum in debito non reddendo commissum, & pœnam pro illo debitā nobis remitti petimus. Et proinde accessurus ad mensam domini, cum omnis christianus, tum potissimum sacerdos, exploret seipsum, quo pacto tam in cōmittendo, quā etiam in negligendo, seu obmittendo deū vel proximū offenderit, idque magis in animi, q̄ in corporis vitijs, quæ sola vulgo cōsiderant, est indagandū. Nam ut inquit Gregorius, Peccata corporis sunt maioris infamie, & minoris culpæ, peccata vero animi sunt minoris infamie, et maioris culpe. Sunt quidē haec sacerdotis & episcopi debita nō vulgaria, nempe, continentia, temperantia, & preces, quas vocamus horas canonicas. Sed sunt & alia debita longe maiora, quæ cum apud apostolos

DE SACRIFICIO

lum, tum in libris canoniciis abūde sunt
descripta, quæ pro nihilo ducuntur a
multis. Vnde non solum dolendum &
cōfitendum est de transgresso ieunio,
aut ebrietate cōmissa, de attractata mis-
sercula, vel de prætermissis aliquibus
preculis, sed etiam de omissis chari-
tatis operibus, de omissa cura gregis
crediti, de impietate, de socordia in hæ-
resibus & blasphemijis, quæ in deum
cōmittunt, de negligentia in vitijs cor-
rigendis, in docēdo verbo & exemplo,
de latente ambitione, de fraude & cu-
piditate, de auaritia, de vsura, aut simo-
nia commissa, de odio, & maledicentia,
& alijs id genus grauiissimis vitijs, de
q̄bus pauci sunt, qui seipsoſ examinēt,
& pœnitere, ac satisfacere de illis cu-
rent: suntq; qui magis timeant accessu
altaris non dicto, quam fratre non re-
conciliato accedere.

Porro petentes dimitti nobis debita
nostra, subiungimus, sicut & nos di-
mittimus debitoribus nostris, qđ mere-
est aduersus iram. Dominus enim re-
demptor noster legem charitatis inter-

MISSAE.

318

nos stabiliens, hoc potissimum præcepit,
vt dimitteremus alijs commissa ipsorum,
si & nostra nobis dimitti volumus. Et
proinde vt facilius a deo impetrare ve-
niam possimus delictorum nostrorum,
testamur iuxta illius præceptum, nos
quoq; debitoribus nostris dimittere.
Et quia multi in hoc præcepto hallu-
cinari, & sese excruciare solent, quiq;
hunc locū exponunt nimis difficulter,
& perplexe rem tractant, quid, cui, aut
quo modo sit remittendum, distinguen-
tes statum perfectum & imperfectum:
nos omissis his tricis & labyrinthis,
qualis remissio fieri debeat, ex doctrina
ipsius redemptoris nostri breuiter dis-
camus. Omnis enim homo, ut inquit
Augustinus, debitor est dei, & debito-
rem habet hominem. Et proinde sicut
ille nobis debitoribus dimittit, ita &
nos debitoribus nostris dimittere tene-
mur. Ille enim quamuis nos omnes ita
ex æquo diligat, vt etiā pro crucifigen-
tibus se deprecatus sit, tamen in para-
bola illa de seruo, qui decem millia ta-
lentorum debebat, cum remissionē per-

DE SACRIFICIO

Suadet, addit remissionis causam, quod nō habebat ille vnde solueret, & patientiam de se haberī rogabat. Cum Mariæ peccatrici pedes suos lachrymis rigāti peccata multa dimisit, addidit etiam causam, quia dilexit multum; cum rogabat in cruce pro crucifigentibus se, addidit & illuc causam, q̄a nescirent qd facerent. Non saluauit latronem a dextris pendente, nisi confitentem, & se factis suis digna pati, & illum deū esse, precantemq; vt eius in suo regno memor esset, & reliquis in hunc modum. Sic & nos vt diligere omnes inimicos tenemur, ita tenemur omnibus etiā inimicis remittere, animo quidem simpli citer, opere nō p̄inde, nisi vel adsit causa vel charitas exigat. Nam & parabolam supradictam de seruo debitore, dominus concludens ait: Sic vobis faciet pater, nisi remiseritis suo quisq; fratri de cordibus vestris, rancorem tantum designans. Fit enim plerumq; vt in remittenda culpa, magna culpa cōmittatur. Alioqui non recte hortaret apostolus, in promptu habendum, vlcisci omnem

inobedientiā, si passim quomodolibet
esset remittendum, præsertim per ma-
gistratus omnis ordinis, quibus scriptū
est: Sanguinem nocentis de manu tua
requirā. Nam ut inquit Ambrosius, Si
ira nō fuerit, nec doctrina proficit, nec
iudicia stant, nec crimina compescunt.
Itaq; qui cum causa non irascit, peccat,
patientia irrationalis vitia seminat, ne
gligentiam nutrit, & non solum malos,
sed etiā bonos ad malum inuitat. Nam
quando sic proximos, sicut nos ipsos
diligere tenemur, restat ut & vitijs ipso-
rum sicut & nostris irascamur. Atq;
hæc in causis publicis. In priuatis vero
nostris, docet etiam abunde ipse domi-
nus, quo pacto nos gerere debeamus.
Si inquit peccauerit in te frater tuus,
corripe eum inter te & ipsum, subdēs
causam, quod si audierit, lucrifactorus
esset fratrem: si non audierit, iubet adhi-
bere testes, si neq; tum audierit, iubet di-
cere ecclesiæ, quam si non audierit, tan-
dem iubet habendum pro ethnico &
infideli. Et hoc est illud quod scriptum
est, mihi vindictam, & ego retribuam.

DE SACRIFICIO

Ad deum enim iniuriā suam refert ille,
qui ad ecclesiam, cuius ipse caput est,
& ad præsides tam ecclesiasticos, quam
seculares, qui ministri sunt eius, causam
& iniuriam suam defert, & nō ipse per
sevltionem quærit. Et proinde omnia
hæc diligenter consideranda sunt, vt
neq; grauiorem in nos iram dei pro-
uocemus, cum orantes dimitti nobis
debita nostra, non dimittamus proxis-
mis nostris, neq; in dimittendo culpam
erroris vel negligētiæ incidamus, dum
per incuriam, aut nimiam indulgentiā,
vel publicam, diuinam & humanam,
vel priuatam nostram causam ledere-
mus. Nam utiq; & nosipso, si alios vt
nosipso, diligere debemus. Sed vt que-
cunq; a nobis fierent, siue in hanc, siue
in illam partem, omnia cum dilectione
& charitate fierent, omniaq; tenderent
in bonum, cōmune præsertim, qui vni-
cus esse debet omnis vitæ & actionum
nostrarum scopus. Nam & non nostro
tantum, sed totius ecclesiæ nomine ora-
mus, non priuati solum, sed etiā cōmu-
nis boni causa, adeo vt si quis orando
dicet:

MISSAE:

33

dicat: Sicut & nos dimittimus debitoribus nostris, si non dimittit, per hoc tamen non mentiat, neque peccet, etiam si ipsi nihil profit oratio. Fieri enim potest, ut alij qui in ecclesia sunt, cuius nomine orat, dimittant. Et ut breuibus conclusum: Sicut deus diligit nos generaliter omnes, ut creaturam suam (nam illud, sic deus dilexit mundum, de omnibus dictum est hominibus) habet tamen particulariter quos odit propter vitia: ut apostolus detractores, & alios, quos enumerat, vocat deo odibiles. Sic & nos diligere omnes proximos nostros tenemur generaliter, ut homines nobis æquales: particulariter vero sunt quos odio habere debemus, si vel vitiosi sint, vel ad bonum impedimento: sic enim Christus etiam patrem & matrem odios præcepit. Ad eundem modum, sicut Christus dimittit per misericordiam generaliter omnibus hominibus peccata, sicut & generaliter pro omnibus factis fecit: sunt tamen & plures particulariter, quibus non dimittit, quos partim damnat, partim vel hic, vel in futuro.

E

DE SACRIFICIO

castigat, alios ex dilectione, alios ex ira:
pīn deq̄ orat Psaltes, nō vt nō arguat,
sed ne in furore arguat. Sic & nos re-
mittere quidē tenemur generaliſ omni-
bus vt pximis, irasci tamē particulariſ,
& non dimittere debemus delinquēti-
bus, tam in nos, q̄ in alios, cum res po-
stulat. Nam nō minor est virtus iustitia
q̄ misericordia, quæ ambæ condire de-
bent rationes omnes vite & actionū no-
strarum. Tametsi vbi ambæ ad stateram
ponant, semper misericordia præpon-
derare debet, tenemur q̄ zelo miseri-
cordiæ, & dilectionis, semper & omnia
dimittere, zelo iusticiæ nō semper, neq̄
omnia. Saluberrimum est tamen ad ve-
niam consequendam, semper & omnia
in nos commissa dimittere, quod ut per
fectissimū est, ita sine singulari dei grā-
tia præstari non potest.

Sequitur vltima petitio, Et ne nos
inducas in tentationem, sed libera nos
a malo, amen: omnem seriem orationis,
quasi epilogo quodā concludens, nem-
pe, ne mala prædicta tam corde, quam
etiam opere committamus. Non putes

MISSÆ.

34

mus autē, quando cum propheta ora-
mus: Proba me domine, & tenta me,
vre renes meos, & cor meū, huic nos ad
uersari quod hic precamur, & ne nos
inducas in temptationē: aliud est enim du-
ci ad temptationē, aliud induci: ducimur
ad certandum, inducimur vero ad suc-
cumbendum. Petimus igitur a deo, nō
vt nos non ducat in temptationem (nam
beatus vir qui suffert temptationē) sed ne
inducat in potestatē temptationis, vt vi-
delicet illi non succumbamus. Dicitur
autem nos inducere, quando permittit
succumbere, estq; hic modus loquēdi
non infrequens in scripturis, quemad-
modum in Amos dicitur: Non est ma-
lum in ciuitate quod deus nō facit, hoc
est, fieri non permittit. Ideo vero peti-
mus a deo, ne inducamur in temptationē,
quia ille sperantes in se, & auxiliū suū
implorātes non sinit tentari supra quā
ferre possint. Addimusq; sed libera nos
a malo, a dæmone scilicet, qui non tens-
tat, vt probet, sicut deus, sed tentat vt
fallat: in eius temptationē non induci so-
lum, sed etiam duci periculosest. In

E ij

DE SACRIFICIO

summa, cum a malo liberari petimus;
auxilium dei aduersus mala omnia tam
corporis q̄ animę imploramus. Conclu-
dimus autē per particulam, amen: quæ
vere vel certe significat, vt ostendamus
nos certos esse, nihilq; in fide hæsitare,
q; ea impetraturi simus, quæ ex ani-
mo & vere petimus: non quidē meritis
nostris, sed eius benignitate, qui ea nos
a se petere voluit, et p̄f̄stare potens est

Hactenus orationē dominicam ocu-
lis mentis nostræ, pro speculo exhibui-
mus, quæ vna ad contemplandum, &
probandum nosipso de merito suffi-
cere nobis videbatur: per strinximusq;
summam duntaxat eorū, quæ huc atti-
nere videbantur: reliqua vniuscuiusq;
vel coniecturæ, quæ facilis est ex præ-
dictis, vel lectioni, ad quā varij libri sup-
petunt, relinquentes. Superest, vt cum
nos de fide, meritisq;, & commissis no-
stris diligēter explorauerimus, si quid
in nobis boni nostri inuenerimus, ore-
mus, vt nos dominus cōseruet: quem-
admodum orauit Psaltes: Conserua me
domine, quoniam sperauī in te: ne ab

MISSA E.

35

hoc, si quid a nobis rectum sit, deflectamus. Si vero aliquod vitium vel peccatum nostrum depræhenderimus, ore mus cum eodem Psalte: Miserere mei deus secundum magnam misericordiam tuam, & secundum multitudinem miserationum tuarum, dele iniquitatē meā. Et cū triplici modo peccare solemus, videlicet corde, ore, & opere, triplici quoq; modo expiare, & purgare nos curemus: nempe, dolore, confessione, & operibus bonis: quēadmodum hortatur nos dominus per prophetā: Conuertimini ad me in toto corde vestro, in iejunio, & fletu, & planctu, & scindite corda vestra, & non vestimenta vestra: oraturi q; vel rem diuinam facturi, abstergamus prius maculas nostras, iuxta Chrysostomū sic nos monentem: Largas effunde lachrymas, ingemisce, misericordi pauperibus de tuis offeras, si iniuriatus cuipiā es, satiffacias abunde, reconcilia te illi. Et ne magis oratione tua deus irritetur, deterge linguā oratus. Vita enim & mors est in manus linguae, & lectus diaboli omne con-

E iiij

DE SACRIFICIO

uitium, & irā: nō vt noui euangelistę se
comparant, nihil nō agētes cōtemptu
& cōuicījs, deq; euangelio loquuti ne
vmbrā quidē euangelicā, nedum rem
ullam præstātes, & breuiter omnes nor
mas, totamq; christiani hominis vitam,
in normas & vitā Cynicā, Cyclopicāq;
vertentes, diuinis & humanis legib;us
dormientibus. O mores, o tempora.

DE SCIENTIA.

DE scientia qua seipsum sacerdos
explorare debeat, ea duntaxat tra
ctaturi sumus, quæ nobis illa, quæ ad
sacrificium hoc attinent, & quid signifi
cent, declarat: non quidem rhetoricā,
aut poeticen, sed neq; sophisticā, aut
Philosophiam sæcularem, cum Philo
sophia Christi ex diametro pugnantē:
sapientia enim huius mūdi, stultitia est
apud deum, teste apostolo. Tametsi di
uinus omnis cultus ex psalmis potissi
mum, & hymnis: hoc est, carminibus
cōstet: immo tota scriptura sacra vbiq;
tropis, allegorijs, & alijs poeticis figu
ris scateat: tantum abest, vt merito vi-

MISSAE.

36.

tuperari possit, si quis ad intellectū, & condimentum sacrarum literarū hæc studia degustet, & accōmodet: vt fece-
runt prisci illi sanctissimi doctores: nō
vt nūc aduersum illa vociferantur quis-
dam, qui nihil aliud student toto tem-
pore, nisi vt inepte loquantur, & ine-
pte scribāt: vnde iam passim & hæreti-
cis ludibrio sunt, & catholicis fastidio.
Ad scientiam igitur sacerdoti necessari-
am, hæc si qd Augustino credimus, re-
qrunē: sacramētorū liber, lectionarius,
antiphonarius, baptisteriū, computus,
canones pœnitētiales, psalteriū, homi-
liæ per anni circulum aptæ, & hoc ges-
nus alia: quæ omnia in præsens missa
facimus, tantum ea, quæ ad sacrificiū
nostrum pertinent decerpemus.

Verum hic rursus dimicandū erit
nobis cum æmulis nostris, ritus, & ce-
rimonias ecclesiasticas impugnātibus,
quorum hæc notissima sunt paradoxæ:
figuras omnes rebus manifestatis ab-
rogatas: deū in spiritu & veritate coli
debere, non in cultu, aut signis exteris
oribus, cærimonias legis antiquatas,

E iiiij

DE SACRIFICIO

Christum & apostolos nihil eorum egisse, & cætera huius farinæ: quibus tam et si iam satis super quæ responsum sit, a viis doctissimis, sint quæ eiusmodi ipsorum nenie egregie confutatæ: tamen & nos quasi post terga metentium spicas colligentes, brevibus hic pro instructiōe simplicium illis ante omnia respondendum duximus.

Quod igitur ad figuræ attinet, producimus primum in aciem diuū Ambrosium, tria tempora distinguentem: unum in umbris, seu figuris tantum: alterum in rebus sub figuris: tertium in rebus reuelatis. Prima fuit veteris legis ætas: secunda est nouæ: tertia erit in cœlo. Cessarūt igitur figuræ veteris legis, quæ tantum figuræ fuerunt: sed rebus figuratis superuenientibus, nihilominus superinductæ sunt aliæ figuræ, & signa, sub quibus res ipsæ sunt nobis a Christo, & Apostolis traditæ: quod facile est ex omnibus sacramentis, & institutionibus noui testamenti, comprobare: nam & sacramenta ab eo dicuntur, quod sint inuisibilis gra-

tiæ visibilia signa: quemadmodum bas-
ptismus constat ex re, & signo exterio-
ri, nempe ex spiritu & aqua: quem
admodū constat & eucharistia, ex sub-
stantia inuisibili corporis & sanguinis
Christi, & signo seu figura visibili pa-
nis & vini: quemadmodū item gratia
præsbyterij, teste apostolo, datur per
impositionem manū signo exteriori:
& ad eundē modum in alijs sacramen-
tis salus & gratia latenter sub signis ex-
hibentur: sed & humilitas Apostolis
in vltima cœna commendata est, cum
signo exteriori, nempe cum ablutione
pedum, nō datus illis spiritus sanctus,
nisi sub signo linguarum, non illumina-
natus cæcus nisi luto & sputo facto:
Deniqz ne multa cōmemorē, & sermo-
nes, & præcepta illa Christi, potissimū
in similitudinibus & parabolis, quasi in
figuris quibusdam sunt nobis tradita:
Cesserunt igitur figuræ Mosaicæ, non
solum rebus, sed etiam nouis figuris,
res figuratas continentibus: cesserunt
sacramenta veteris legis, sacramentis
nouæ legis, quod hæc gratiam, quam

DE SACRIFICIO

velatam habent, præstare possunt, illâ non poterant: & quamuis haberipos test ipsa gratia per solam fidem absq; signis externis: quemadmodum ait Augustinus de eucharistia: Crede & man duasti: quemadmodum item gratiam baptismi latro ille dexter obtinere pos tuit absq; ablutione externa: tamen si & manducatio, & ablutio corporalis omittentur, non ex defectu vel ne cessitate, sed ex negligentia, vel contem ptu institutionum Christi & ecclesiæ, nihil proficeret fides, etiam si montes transferret.

Quantū spectat ad cultum & signa externa, fatemur Christū prædixisse, de adoratione patris sui, in spiritu & veritate, eamq; adorationē in omnī loco futurā, sed ideo ita prædixisse, qđ per spiritum sanctum peruenit ad noticiā veritatis, hoc est filij: per veritatē vero ad cognitionem patris: & ideo prius dixisse in spiritu, postea in veritate deum esse colendum: addidisse vero in omni loco, quod in omnem terram exiuit sonus Apostolorum: alioqui si externo

cultu, seu signis adorari non deberet
deus, cur Christus ipse in cœna gratias
egit; cur benedixit; cur hymnū dixit;
cur in horto orans p̄cidebat; si id fieri
spiritu sufficiebat; & si nullus sit speci-
alis adorandi locus, cur illam domum
suam, domum orationis dixit, ex qua
ementes & vendentes eiecit; cur Apo-
stoli ascendebant in templum ad oran-
dum; & cum ille non solum spiritua-
liter, sed etiam corporaliter nobiscum
esse voluerit, cur & nos illi nō spirituali-
ter solum, sed etiam corporaliter cultū
non exhibeamus;

Porro quod ad cæremonias perti-
net: quid non cum illis fecit Christus,
& Apostoli: natus est angelis canentia-
bus, pastoribus adorantibus, regibus
illum cum auro, mirra, & thure salutā-
tibus: seruauit omnes ritus & cære-
monias veteris legis, quam per nouam
adimpleturus venerat: baptisatus est
apparēte sp̄ritu sancto, voce patris au-
dita, Ioanne illum lauante, dedit apo-
stolis potestatē remittendi peccata, du-
cens illos seorsum, & insufflans in eos,

DE SACRIFICIO

Confecit eucharistiam & sacrificium
illud suum secundum ordinem Mel-
chisedech, accepto pane, eleuatis ocu-
lis, gratijs actis, cum benedictione. Po-
stremo quando iam realiter sese obla-
turus esset in cruce, & sacrificiū illud
visibiliter peracturus, quod nobis sub
specie in sui memoriam mystice facien-
dum reliquit; licet sese voluntarie ob-
tulerat, voluit tamē nihilominus vendi,
capi, ligari, duci a pontifice ad pontifi-
cem, a præside ad præsidem, veste alba
& purpurea indui, coronari, deniq; &
adorari, & cetera quæ sunt nota: an hec
omnia non fuerunt signa exteriora &
cerimonie? Quod igitur ecclesia catho-
lica per hoc mysticum sacrificiū mor-
tem dñi anuncians: iuxta documen-
tum Apostoli, recolit eius passionem,
non tantū spiritu, sed etiam signis ex-
terioribus, cum illa omnia, quæ tum
agebantur cum illo in ignominiā, ver-
terit in eius laudem & gloriam, cæriz-
monijs ad instar passionis eius & orna-
tu instituto, qui non solum memoriam
ipsius passionis nobis iugiter reduce-

MISSAE.

39

ret, sed etiam ornatum interiorē sacerdotis representaret, ut inferius patebit. An quisq; cui vel mica sit rationis, aut pietatis, audeat hæc instituta ecclesiæ, immo spūs sancti doctoris ipsius, damnare aut reprehēdere? Si recte philosophus ille barbam pmittebat, ut illam ins tuens nihil puerile ageret, cur nō recte sumat sacrificaturus eum ornatū, qui & sacrificium redemptoris nostri de notat, & sacerdotem professionis ipsius, quasi admonet: non facit fateor ornatus sacerdotē, aut cuculla monachū, sed necq; bulle, aut torques aureus facit equitem, quem vocant auratum, aut toga senatorem. Tantum valere potest oratione anus paupercula, quantum sacerdos ornatissimus, & manu tantū valere potest in prælio plebeius homo, quantum homo patricius, tam penultimus miles, quam purpuratus eques, & plerumq; plus. Occinitur, dicite pontifices in templo quid facit aurum: sed eadem ratione recini potest: dicite vos proceres, in collo quid facit aurum: & tamen quantū res rebus, & homo ho-

DE SACRIFICIO

mini interest, vel his signis, & cultu exteriori denotatur: ut quemadmodum ordines, & ministeria hominū sunt distincta, ita & ornatus, & signa exteriora sint distincta: Alioqui nihil inter res & ordines hominum distaret, omniaq; confunderentur, cum omnes ex æquo simus homines, & bona interna, tam plebeijs, q nobilibus sint cōmunia

Vt igitur bre uibus concludā, quē admodum sp̄ritus est qui viuificat, caro non prodest quicq; si addis sp̄ritū carni, proderit haud dubie caro: alioqui verbum quod sp̄ritus est, non fuisset incarnatū, si nihil prodesset caro: quemadmodū item scientia inflat, charitas ædificat, si addis charitatem scienciarū, non inflabit, & proderit scientia: ita signa & sacramēta non præstant per se quicquā, sed adde visibilib; signis, inuisibilem gratiam, & totum præstabant, eruntq; signa & sacramenta proficua: ita etiam nō est pietas cultus extensus & cærimoniarū, sed adde pietate quā cultus & cærimoniarū illæ designat, ac excitant, & erit vberior pietas: non

MISSAE.

40

facit sacerdotē vestis, aut cuculla mo-
nachum, sed adde mores vestitui con-
gruos, erit sacerdos & monachus di-
gnior: non facit torques equitem, sed
adde virtutem torqui, erit eques specia-
osior: nam pulchrior appetet qui sua
iura tenet. Impetrat anicula tantum,
quantum sacerdos ornatissimus, si adsic
dei gratia: adde hanc ornato sacerdoti,
& impetrabit plusq; vel anicula, vel
quisq; alius prophanus, seu laicus, nō
solū ratione gratiæ, sed etiā ratione offi-
cij. Nam & Caiphas, licet gratiā dei nō
habuerit, quia tamen Pontifex fuit an-
ni illius, nō ex seipso, sed ex spiritu san-
cto protulit vñū hominem mori opor-
tere pro populo: non delectatur deus
ritibus & operibus cærimonialibus,
sed adde pietatis & deuotionis mentē,
propter quā instituta sunt, & delectabi-
tur. Non præstat aliqd aurum & gem-
mæ in ecclesia, neq; vnguentum effus-
sum, in caput & pedes Christi quicq;
præstabat, & tamē apostolos murmu-
rantes, vt quid perditio hæc, dominus
reprehendit: non q; ille sumptu nostro

DE SACRIFICIO

ad cultum suum indigeat, neq; enim
spirituali nostro cultu eget: sed quod
hinc ostēditur, & pietas nostra, & dei
in cuius ministeriū hæc adhibent ex-
cellentia: alioqui quare his ornari tem-
pla sua in veteri lege p̄ceperat, nisi ista
illi congruerent. Et si aurea vasa ad sac-
rificia pecudum fieri voluit, quid ni-
velit ad sacrificium corporis & sanguis
nisi sui pagendum, preciosissima queq;
parari: & proinde cum primū in mun-
dum prodijt, oblatū est illi aurum, thus
& mirra: aurum vt regi, thus vt deo,
& mirra, vt homini mortali. Vnde &
sacerdotes qui figuram eius gerūt, re-
cte vasis preciosis, & odore sacrato in-
diuinis vtuntur, hæc eadem designan-
tes, quæ trium magorum munera de-
signabant: de quibus omnibus longū
esset differere, & non attinet omnium,
quæ ab ecclesia fiunt, omnibus rationē
reddere: Nam neq; omnibus datū est
nosse mysteria regni cœlestis: neq; si
nihil tenendū & agendum esset in di-
uinis, nisi quod Christus & apostoli sta-
tuerunt & egerunt, opus fuisset dari
spiritum.

spiritū sanctum ecclesiæ: nec valet hæc negatiua, non est in scripturis, ergo nō fuit vel esse non debet, cum acta omnia ac traditiones Christi & apostolorum non cōtineat euangelium, aut scriptu- ræ apostolicæ, nec mundus libros cas- pere posset, vbi omnia acta Christi cō- scribi deberent, teste euangelista: & apostolus non omnia per epistolas tra- debat & disponebat; testaturq; Ignas- cius traditiones apostolorum a se cons- scriptas esse, quæ nō extāt. Sed & scri- ptum euangelium haberi non debes- ret in ecclesia, quod nō scribi sed præ- dicari sit præceptum a Christo, & lea- gem eius non in tabulis, sed in cordi- bus fidelium scribendam dixit Apo- stolus, si nihil haberi & agi deberet, ni- si quatenus in scriptura noui testamēti reperiatur. Sed iam tandem institutum nostrum prosequamur.

Scire oportet sacerdotem, cui mu- nus celebrandæ missæ incumbit, quid missa ipsa sit, & quæ ad illam requirā- tur, quid ea significant, & quomodo deniq; rite peragantur; si intentio, sine

E

DE SACRIFICIO

qua omnino non valet hęc actio, debis
ta esse debeat. Missa multifariam de-
finitur & interpretatur a scriptoribus.
Alij em ab hebreo deducunt, quod ob-
lationē sonat: alij id esse volunt, quod ob-
græcis liturgia, hoc est ministeriū. alij a
dimittendo populo, peracto sacrificio,
alij ab dimissione cathecuminorum &
excōmunicatorum: simpliciter tamen
missa a mittendo dici videtur: quēad-
modū collecta a colligendo: iuxta qđ
rogamus in canone, vt deus iubeat p-
ferri hanc oblationē, per manus sancti
angeli sui, in sublime altare suum, vt ita
ab eo quod per illum oblatio & pres-
ces nostræ mittantur ad deū, missa di-
catur: vnde in fine dicitur. Ite missa est:
nempe oblatio in cōlum transmissa: Et
quia redemptor noster cruci affixus,
titulo trium linguarum designabatur:
ideo etiā missa catholica, quæ sacrificiū
illud repræsentat, ex tribus linguis cō-
stat. Hebrea est, amē, alleluia, osanna
& sabaoth. Græca kyrieleison & hy-
mas: Latina reliqua: viderint igit hæ-
retici, quā recte missas suas alijs linguis.

MISSAE.

42

deblaterant. Tria item sacrificia missa complectitur: primum pœnitentiæ, de quo Psaltes: Sacrificiū deo spiritus cōtribulatus, quod sacerdos facit per cōfessionē. Alterum est iusticiæ, de quo idem propheta: Sacrificate sacrificium iusticiæ, quod fit per præfationem, dū monemur omnes gratias agere deo. Tercium est eucharistiæ, de quo idem, Et tibi sacrificabo hostiā laudis, quod sacrificiū fit in canone: prima duo quisq; fidelium perficere potest: terciū non nisi sacerdotes iuxta ordinationem dei. Requiruntur autē ad missam: alia, sine quibus, vel sine aliquo ipsorum nihil omnino fieri potest: alia sine quibus quidem potest fieri, sed non absq; graui peccato, nisi summa vrgeat necessitas: nonnulla etiam quæ tantū ad honestatem & decorem huius sacrificij pertinent.

Ea sine quibus nihil efficitur, sunt in primis verba consecrationis panis & vini, quorum virtute fit transmutatio, seu transubstantiatio in corpus & sanguinem domini: est deinde minister

F ij

DE SACRIFICIO

idoneus, nempe sacerdos legitime cō
secratus, ab alio enim verba prolata nī
hil omnino efficiūt; ea ratione, quod ita
deo placuit, ita ordinauit, hanc tulit le-
gem, vt inquit Bessario: nā vt p verba
semel prolata, hoc est corpus meū, da-
ta est forma & vis tota transmutādi pa-
nis & vini; ita per verba, hoc facite in
mei commemorationē: data est virtus
& gratia sacerdotij Christi apostolis, et
ab illis dehinc alijs, per impositionem
manuum operante spiritu sancto. Est
item intētio debita sacerdotis, vt vide-
licet intendat hoc facere, quod facien-
dum Christus in memoriā sui præce-
pit, & ecclesia instituit: figuram agens
ip̄s̄ius Christi, & verba illius instrumē-
taliter pronūcians, qbus solis hoc to-
tum mysterium perficitur: nihil enim
hic magis a bono, nihil minus a malo
præstatur sacerdote, cū hoc sacramē-
tum non in merito consecratis, sed in
verbo fiat creatoris, vt ait Augustinus.
Est postremo apta & conueniens ma-
teria, nempe panis triticeus, & vinum
vitis, Christi instituto, qui seipsum &

MISSA E.

43

designat per granum frumenti, & vice
veram vocat in euangelio. Si quid ex
predictis, vel alijs verbis, vel per ali-
um, aut alia intētione, aut super aliam
materiam actum fuerit, nihil prorsus
efficitur, opera, vt dici solet, iuditur.

Ea vero quæ ad esse rei necessaria q^s
dem nō sunt, sed sine graui piaculo pre-
termitti non possent, aduersus ordina-
tionē ecclesiæ catholicæ, nisi ineuitabi-
lis aliqua cogeret necessitas, sunt hu-
iusmodi: mysterium super altari confis-
cere, sacerdotalibus vestibus indui,
multa ante & post consecrationis ver-
ba, tum a sacerdote, tū a ministris alijs
dici: hęc enim & alia diuini cultus in-
stituta, diuina mysteria cōtinentia, par-
tim ab apostolis ipsis, partim ab ipsorū
successoribus sanctissimis patribus, &
ab vniuersali ecclesia catholica tradita,
recepta, & obseruata sunt: quam qui
non audiunt, habendi sunt pro ethnī-
cis, & infidelibus iubēte domino. Nō
audiunt autem potissimū hæretici, qui
instituta illius contemnūt, & illa nomi-
ne humanarum traditionū damnant, &

F. iii

DE SACRIFICIO

reñciūt: suasq; interim traditiones, suā
ipsorū authoritate vulgo insano pro-
pināt, nihilominus & ipsi homines, ne-
quid addā aliud: & ideo habendi sunt
pro ethnicis & infidelibus.

Reliqua quæ ad sacrificium missæ
pertinent: tametsi neq; de necessitate
sunt, neq; expresse de pcepto, ad opus
hoc tamen cum decore peragendum
plurimū conducunt: qualia sunt, vt sa-
cerdos vultum, comam, vestitū, & ges-
tus habeat cōpositos, modeste inces-
dat, oculos per homines nō dispergat:
cum vestimenta sacerdotalia sumit, vt
recte aptet, & decenter succingat: quæ
lecturus, acturusue sit ad aram diligē-
ter ante pr̄euideat, signet, & disponat,
& rursus nō componat, neq; colligat,
nisi post missam: non dicat nisi quæ in
libro missali continent. Sunt enim ples-
riq; qui missam varijs additamētis far-
ciunt: quæ clare sunt proferenda, clare,
neq; cursim, neq; tarde proferat: me-
morias speciales potius ante missam, q;
intra canonē faciat, ne & astantibus sit
fastidio, & ne intra actionem obrepat.

MISSAE.

44

aliquid, quod mentem illius distrahat: hostiam & calicem paulo supra caput post consecrationē leuet: ante vero & deinde post, nunq̄ vltra caput profesarat: & similiter in extendēdis & complicandis manibus id obseruet. Cum dextra format cruces, sinistram in altari ponat: & cum illud osculatur ambabus se fulciat, vt genu non dorsum incuruet: deniq̄ cum se conuertit ad populum, cum manus vel extendit, vel iungit, cum flexiones vel corporis, vel pedum facit, agat omnia moderate, res uerenter, & expedite, cum decore desbito: non eorum quidem, vt hominibus placeat, sed vt illos tanto attentiores, propensiōres q̄ ad suū reddat ministerium: multum enim valet actoris & vox, & gestus, & ornatus compo situs, ad excitandos affectus: vel ad misnuendos incompositus: facileq; vel ex his leuibus signis, sacerdotis animus, & mores, si vel profugi sunt, vel moderati deprehēdunt: & proinde summe cauēdū est, vt nec per nimiā negligētiam socordes, aut ventosi iudicemur,

F iiiij

DE SACRIFICIO

nec per nimiā diligentia, & operosum
ornatum, mulieres imitari videamur,
quę dum comant̄, dum ornantur, an-
nus est. Sed vt hæc omnis actio & in-
tentio nostra ad edificationē proximo-
rum, & laudē dei tenderet. Vnde op-
tarim plurimū, & succinctas & vnifor-
mes esse nostras c̄eremonias, & eas q̄
dem veteres & consuetas, maxime pō-
tificales. Habent enim vetera etiam in-
epta peculiarem quandam veneratio-
nem: & nouitas plerūq; offendere so-
let, etiam si quid cum ratione fiat, tam
in verbis, quam etiam in actib⁹ solito
plus operosis, quæ prophanis & igno-
rantibus magis ad fastum, quam ad dei
cultum fieri videntur. Romana eccles-
ia vt caput est, & princeps ecclesiarū
omniū, ita illam suas peculiares, & ma-
gis exactas habere decet c̄erimonias,
quæ nec vbiq; nec in omnibus cū alijs
congruunt: & hi qui rationes illarum
conscripterunt, adeo non improbat di-
uersas aliarum ecclesiarum consuetu-
dines, vt etiam citent, exponant, & co-
mendant pleraq; neq; ea quæ vſu res-

cepta sūt, mutari possunt, absq; magno
sæcularium offendiculo: & proinde in
explicanda hīc missa nostra, morē no-
strum veterē potissimū sequemur, om-
niaq; sūmatim perstringemus quē no-
bis huc magis pertinere videbuntur:
Nam qui singulorum singula mysteria
cognoscere voluerit, expositores diui-
norum officiorū, qui varij sunt, & vbi-
q; suppetunt, euoluat.

Cum igitur sacerdos hoc ministeris
um facturus, animū & corpus, vt su-
pra dictū est disposuerit, & quæ agen-
da sunt præuiderit, ac præparauerit, p-
missis horis canonicis, alijsq; pro tem-
pore & deuotione sua psalmis & ora-
tionibus conuenientibus, ad lauandas
manus, quæ ablutionem internam, &
ad induendas sacras vestes, quæ arma
spiritualia designant, procedit: quibus
ideo per ministros induitur, quod ana-
geli nobis in hoc spirituali certamine
aduersus vitia, & hostem nostrū anti-
quum suffragantur: & quia ad protes-
tanos hos aduersarios, potissima est
machina memoria passionis dominice,

DE SACRIFICIO

ideo hæc indumenta ecclesiastica, hæc spiritualis armatura, primum passionis dominicæ, deinde virtutū signa & mysteria nobis exprimit: idq; ex his primū quæ sacerdotibus alijs cum Episcopis cōmunia sunt, considerabimus.

Linteum, quod amictus vocatur, velamen illud designat, quo redēptor noster velatis oculis delusus fuit, & pugnis contusus: idem fasciam quādam fidei denotat, qua sacerdos sensus, & intellectū suum cooperit, & quasi cōstringit, ne plus sapiat quam oportet quod ad humilitatē aduersus principē vitiorū superbiam pertinet. Alba quæ dicitur, vestem illam albam significat, qua saluator noster derisus fuit apud Herodem: eadem candorem designat, quo sacerdos prædictus esse debet, hoc est, esse sine macula, non solum corporis & animæ, sed etiam famæ, vt censet Apostolus. Cingulus denotat funem, quo dominus ad columnā fuit ligatus & flagellis cæsus, quo admonetur sacerdos, vt præcingat lumbos suos aduersus libidinē. Denotat similiter mā-

MISSA E. 46

nipulus illum funiculum, quo manus
redemptoris nostri constrictæ fuerūt,
quādo captus & circūductus erat: idē
pœnitencię perseverantia, quā sacer-
dos habere debet, cum spe retributio-
nis significat: iuxta quod scriptum est:
Qui seminat in lachrimis in exultaciōe
metent: euntes ibant & flebant mittē-
tes semina sua: venientes autē venient
cum exultatione portatē manipulos
suos: qui in sinistra portatur, ne dex-
tram in actione impedit, & quod si
nistra procedit a corde. Stola crucem
quā dominus in humeris portauit de-
signat, ideoq; componitur in modum
crucis ante pectus: admonet sacerdote
vt tollat crucē suam, & sequat̄ Chris-
tum: vnde post hac veniat in eorū so-
cietatem, qui sequuntur agnum amicti
stolis albis, iuxta visionem Ioannis. Ea
quā casulā seu planetā vocant, signifi-
cat vestimentū purpureum, quo Chris-
tus ad opprobriū indutus erat: signis-
ficiat item eius summitas iugū dei, hoc
est legē eius: duæ vero portiones, an-
te & retro dependentes, dilectionem

DE SACRIFICIO

dei & proximi, in quibus duobus tota lex pendet & prophetæ: admonetur sacerdos, ut hoc iugum portet iugiter, & ad portandum alijs exemplū & ducatum præbeat. Hæc communia sunt sacerdotibus, & Episcopis omnibus ad missam celebrandā indumenta.

Et quia Episcopus sublimiore locū tenet in ecclesia, & maiores illi paratur insidiæ tanq; pastori, pluribus etiā munimentis indiget, ideoq; plura sumit ornamenta: veluti ad prælium carnale, hi qui digniores sunt pluribus armis se muniunt, & nō solum caput, sed etiam pedes armant: ita ad hanc spirituali pugnam, antistes sese a capite ad pedes, armis spiritualibus cooperat: induit enim sandalia, quæ incarnationem Christi designant, iuxta illud, In Idumeā extendā calciamentū meū, ut in via, & doctrina illius non deficiat, & dici de illo possit, quam speciosi pedes euangelisantium pacem, euangelisantiū bona. Induit tunicellā & Dalmaticam, quæ familiares vestes Christi denotant, quas quidem peculiariter

MISSA E:

47

subdiaconus & diaconus ferre habent
circa sacrificiū, sed quia omnes ordines
ministrorū dei cōfert Episcopus, ideo
etiam omniū ornatū sumit, qui illum
admoneat, omnibus ministerium ex-
hibendum, iuxta documentū dominī:
Qui vult esse inter vos maior, fiat sicut
minor: & qui præcessor est, fiat omniū
seruus. Imponit deinde pectori crucē
quam pectorale vocant, in memoriam
passionis dominicæ, quod apud nos
etiamnū gestant semper Episcopi salu-
berrime, vt vnicum, & præcipuum ad-
uersus visibiles & inuisibiles hostes no-
stros munimentū, orante ecclesia: Per
signum crucis de inimicis nostris libe-
ra nos deus noster: cuius memoriam
cum semper christiani gestare debeat
in pectore, semper etiam eius imaginē,
quæ memoriam ipsam excitaret ferre
deberet: Episcopi præsertim, qui du-
ces et ante signani sunt populi dei: nūc
non in pectore solum, sed ne in domi-
bus quidē, aut vijs ferre possunt chris-
tiani hoc redēptionis nostræ vexillū:
& proinde non mirum est, quod nos

DE SACRIFICIO

hostes tam corporis, quā animæ adeo
atrociter incurvant. Sumit præterea
chirothecas, exēplo Iacob, dum mu-
nus patri offerret, quibus manus inter-
dum induit, interdum exuit: q̄ opera
bona quæ facit, secundum quod expe-
dit, interdum clam, interdum vero pas-
lam, fieri ab illo debent, iuxta docu-
mentum Christi: alibi, vt nesciret dex-
tra quod faceret sinistra: alibi, vt lux
bonorum operum luceret coram ho-
minibus: illud ad vanam gloriam eui-
standā, hoc vero ad ædificationē pro-
ximorū. Sumit item anulū, quo spō-
sus ecclesiæ suæ vice Christi designat,
ille enim sicut moriturus, vni aposto-
lo matrem suam commendauerat, ita
etiam ascensurus in cœlū vni Episcopo
sponsam suam vniuersalem ecclesiam
commendauit: a qua veluti rami ab ar-
bore, reliquæ ecclesiæ catholicæ pro-
cedentes, singulæ singulis Episcopis
ceu sponsis sunt collocate: vnde quisq;
quantū ecclesiæ suæ sit deuinctus col-
ligere potest. Sumit demum mitram
duobus cornibus acuminatā, quæ duo

MISSAE.

48

denotant testamēta, vt cornua Moysi
figurabāt; admonent Episcopum scia-
entia vtriusq; testamenti præditū esse
debere. Duæ vero fimbriæ, quæ ad
humeros cū aureis tintinnabulis de-
pendent, monent, vt quæ scit palam
doceat, & quæ docet ipse etiam ferat:
non vt pharisei, qui onera, quæ alijs
imponebant, ipsi ne digito quidē mos-
uebant. Sumit postremo pedum seu
baculum pastoralem, parte vna incur-
uum, parte alia ferro acutum: illa ad at-
trahendū doctrina deuios, hac vero ad
coercendū seditiosos & inobediētes;
iuxta illud: Reges eos in virga ferrea,
& tanq; vas figuli confringes eos.

Habes imaginem & ornatum tam
passi redemptoris nostri, quam etiam
probisacerdotis & Episcopi: queso te,
quid hic ecclesia perperam & inepte
constituit: sed inquis pauci vel nulli id
sunt, quod ornatus iste docet: an ideo
non recte exigebatur in documentum
& specimen: an ideo inutiles, & vanæ
sunt traditiones medicorum de custo-
dienda sanitate, q; illas pauci vel nulli

DE SACRIFICIO

seruāt, aut nulli potius seruare possunt
ad vnguem: & si id fieri videmus in cu-
stodia sanitatis corporeæ, quæ fere ab
hominibus pluris dicitur: minus est
mirandum si in animæ sanitatem custo-
dienda, quæ longe difficilior est, om-
nia præstari non possunt: positum est
hoc exemplar, sacerdotibus & Episco-
pis omnibus, quasi signum seu scopus
sagittarijs, quod adhuc nemo morta-
liū præter Christum qui solus est pa-
stor bonus attigit: vt unusquisq; nite-
retur, pro virili sua eo, quo propius
posset accedere: non quod nonsit Epi-
scopus, nisi se ad amissim talē præstet:
nam & illas dotes, quibus Apostolus
Pontificem depingit, ne Petrum qui-
dem assequutū fuisse, docet Hierony-
mus: vt constet pontificē humana in-
firmitate circumdatū, cōtemplari qui-
dem, & imitari toto conatu debere es-
emplar seu archetypum sibi proposi-
tum, sed id totum re ipsa præstare, non
humanarum esse virium. Proinde in-
sumendo ornatu & insignijs, quæ dis-
simus, adhibentur singulis orationes
singulæ.

MISSAE.

49

singulæ, quibus deū precamur, vt nobis pro subsidio, ad ea præstanta quæ significant, concedat gratiam suam, & virtutem spiritus sancti: qui non omnibus omnia tribuere solet, sed diuersis diuersa dona partit, vt clare docet Apo stolus: sed iam ad actionē missæ, & mysteria ipsius explicāda progrediamur.

Transitus ad altare sacerdotis, transitum Christi ad montem Caluarię designat: similiter & alię processiones, vt vocant, ecclesiaſticæ, peregrinationis eius, & ductionum illarum per ciuitatem Hierusalem imaginē habēt: nosq; exilij, & peregrinationis nostræ, qui viatores sumus in hoc mundo, nec habemus hic manentē ciuitatem, admōnent: precesserunt huiusmodi ritus processuum, figuræ illæ, quando archā dei Dauid in tabernaculum, & Salomon in templum, cum hymnis & cantis, portauerunt: Altare coopertū stragulis, & mappis mundis, linteolum corporale, calix cum operculo seu patena, montem Caluariæ, crucem & sepulchrum cum lapide, sudaria, sindon;

G

DE SACRIFICIO

nemq; mundam, qua inuolutus erat Christus, significant: figurantes etiam cor nostrum mundum, in quo ardere debet semper charitas: & proinde ardent cærei in altari: debet recoli mun-
datio nostra per baptismū, vnde adhis-
betur aqua sacra: debet esse iugis me-
moria passionis dominicæ, & meritorū
ac victoriæ sanctorum eius: ideoq; im-
ponunt altari imagines, seu statuē cru-
cis & sanctorum: quę si recte ponunt
pro meritis imperatoribus & militibus
in republica, quanto rectius Christo,
& sanctis eius statui debent in eccles-
ia, non solum ad decus & honorē il-
lorum, sed etiā ad instructionem sim-
pliciū, quibus hęc sunt pro libris.

Sonant etiā campanæ, seu tintinnas
bula, cum ad propellendos dæmones,
discutiendas fulgura, & tempestates:
tum ad conuocandos, cōmonendosq;
ad diuina populos: quæ in locū tuba-
rum veteris legis successerunt: ideoq;
tubis fortiora, & vocaliora sunt, quia
lex noua firmior est, & latius sonās: in
omnem enim terram exiuit sonus apo-

MISSÆ.

50

Itolorum: os vero campanæ, os docto-
ris ecclesiastici, & ferrū seu plectrum
in medio pendens, & duas partes feri-
ens, scientiā vtriusq; testamenti signi-
ficat: sacerdos igitur & prælatus ig-
narus, est campana sine plectro, & cas-
nis latrare non valēs.

Thura item, cantus, & organa in
solennioribus missis adhibentur, iux-
ta ritum veteris legis, & documentum
prophetæ: vt omnis spiritus laudet do-
minum: quod & munera triū regum,
vnguentūq; Magdalenæ denotabat, &
cantus angelorum nato domino, ca-
nusq; puerorum cum palmis illi obuiā
venientiū, & præceptum Apostoli ad
Ephesios de dicendis in uicem psalmis
hymnis & canticis spiritualibus, satis
comprobant.

Neq; hic prætermiserim sal, aquam,
cæreos, ramos, fructus, & alia id ge-
nus, quæ suis tēporibus, bonisq; pro-
vſu rationibus circa missam consecrari
& benedici solent, ad cōmodum & sa-
lutem fideliū: de qua sollicita esse debet
ecclesia; & ad arcendas insidias dæmo-

G ij

DE SACRIFICIO

num, & omnia nocumēta, tam corporis, quā animę propulsanda, vt ipsi fidèles verbo dei freti, quo hæc exorcisantur, & benedicuntur, ad nomē domini potius per illa, quam ad superstitiones aliquas, in suis aduersitatibus, & terroribus confugiant, vt per illud salui fiant: iuxta Apostolum: Quicūq; nomē domini inuocauerit, saluus erit: & iuxta ipsum dominū: Quicquid pectoris patrē in nomine meo dabit vobis: quomodo autem verbo & nomini suo non assistat deus: stultissime igit̄ hæc contēnunt et reīciunt ab hereticis.

Sacerdos vero ad altare veniēs confessionem publicā ideo præmittit, quia iustus, vt inquit sapiens, primo accusator est sui, & oratio humiliatis se nubes penetrat: quā non recte multi multis farcire solent, nihil ad confessionē pertinentibus, vel minime necessarijs: vt sunt longæ letaniæ, & pluralitas versiculorum, ac alia quę & fastidiū parunt auditoribus, & sacerdotis arguūt ineptiam.

Accedens dehinc ad altare, osculat̄

MISSAE:

51

illud, designans, quod Christus veniens copulauit sibi ecclesiam, vel quia osculum est symbolum pacis, & iussit dominus in ingressu cuiuslibet domus pacem dicere: ideo ab osculo ingressum ad altare auspicatur.

Osculato altari signat se cruce a fratre ad pectus, dicens. In nomine patris, & filij, & spiritus sancti: quod in omnibus initijs operum, semper est faciendum a christianis omnibus. Et dicit introitum, qui desiderium patrum aduentum Christi expectantium designat: olim Psalmus integer dicebatur, sed postea vitandæ prolixitatis causa (adeo hæc veteribus inconueniens videbatur in sacris) versiculus unus, qui fere semploco sui psalmi dicitur, suffectus est: Et quia tempore aduentus Christi, apparuit dei erga nos benignitas, & misericordia: fuitq; tempus illud miserendit: mox post introitum dicitur kyrieleison, quod significat, domine miserere: & dicitur nonies, quia nouem modis peccare solemus: nempe, originali, veniali, & mortali peccato: item cogitatio:

G ij

DE SACRIFICIO

one, loquutiōe, & perpetratiōe: demū
impēnitētia, insipiētia, & malignātia; di-
cit posthac: Gloria in excelsis deo,
hymnus videlicet angelicus, in cōme-
morationē gaudij, de nativitate Chris-
ti, qui tamen non dicitur in missis, ad-
uentus, ieunij, defunctorum, & alijs
quæ speciem gaudij nō habent.

Sequitur deinde oratio, quæ prima
est ex potissimis missæ partibus: ideo
oratio dicta, quia præter illam & cano-
nem reliqua siue ad deum diriguntur,
siue non, pro cærimonia & solennitate
magis, quā pro oratione dici videntur:
vocatur & collecta, quia vota & pres-
ces populi quasi in vnū collectæ, diri-
guntur ad deum per sacerdotem, non
ipsius solum, sed omniū nomine: quod
in primis faciendum Apostolus præ-
cœpit, vt videlicet primū omniū orati-
ones fierent ad deum. Tres sunt autē
potissime partes missæ: nempe oratio
cum complenda, euangelium, & ca-
non: in quibus dicendis iuxta morem
veterem prouinciæ nostræ, & nō alias,
Pontifex mitrā deponit: non reveren-

tiæ, sed mysterij causa. Nempe ad orationē, quia salutans populū per pacem, exemplo Christi, cuius vices gerit, & ad orandum secum inuitans, se deinde omnibus æqualē facit: æqualiterq; tā suo, quam omnium astantium nomine orat: iuxta præceptū Apostoli, vt pōtifex tam pro semetipso, quā pro populo offerret, & vt viri detecto capite orarent. Ad euangeliū vero propter ea, quod illa omnia, quæ in veteri lege sub velamento erant, reuelata sunt per euangeliū. Ad canonē demū, quia tū Episcopus æqualiter, vt alij sacerdotes, id re ipsa perficit loco Christi, qđ in lege Moysi, varijs & multiplicibus figuris, quæ cessarunt, designabatur: nam mitra pontificis figuram quandā habet Moysi bicornis. Nonnullis, qui rationes diuinorum officiorū conscriperunt, videtur decentius, mitram ipsam semper esse deponendam, quotiēs sermo ad deum dirigitur: reuerentiæ causa: & nobis idem videretur, si hoc esset mitra ista, quod sunt mitræ alię, & nō, vt diximus, figura, ac insigne qđ

G iij

DE SACRIFICIO

dam monumentū, inter omnia ecclesiastica ornamenta præcipuū, cuius mysteria superius declarauimus. Sed neq; in hoc isti sibi satis constare vident̄, si gnātes illā etiā in salutando populo, & in sermone ad illum dirigendo, plerūq; esse deponendā: & illi qui hoc obseruant, nihilominus in dandis benedictionibus post agnus dei, in quibus non raro sermo dirigitur ad deum in orationis modum, mitram ipsam capitī imponunt: & sic in alijs multis iste cærimoniae, cum quadā indecentia cōfundidentur: vt interim omittam quantum negocium & molestiam exhibere soleat, non solum actoribus, sed etiā spectatoribus huius actionis diuinæ, crebra ipsius mitræ depositio & impositione, gemmatæ præsertim, quæ vt apte consistat, non statim neq; facile locari potest: non detrahimus quicq; in hoc mori aliarum ecclesiarum, sed nostrū veterem etiam non ineptum, neq; indecentem, ostendere voluimus.

Porro id quoq; admonendū duximus, quod post orationem sedet pon-

tifex, iuxta morem prouinciae nostrae
circa aram, non fastus, aut quietis cau-
sa, sed ad multa actionum Christi, cuius
typum gerit, & sui officij mysteria ex-
plicanda: sessio enim per epistolam, per
graduale, & per alleluia, seu tractus,
vel sequentias, significat illam sessionem
Christi trium dierum, cum in templo
puer disputabat: significat item do-
ctrinam eius in mōte sedentis: significat
præterea sopore illius in nauicula. Et
subleuatio pontificis per ministros tis-
morem apostolorum, quando Chri-
stum excitabant, designat: denique si-
gnificat sessionem Christi ad dexteram
patris: & proinde pontifex ad dexteram
suam sedet, ut memor sit etiam digni-
tatis & officij sui docendi exēplo Chri-
sti: memor sit se in cathedra Moysi se-
dere, cum ad legem dei docendam, tū
ad speculandum & contemplandum vultū
gregis sui, & quod grex ipse vicissim
audiat & cognoscat vocē pastoris sui,
in eoꝝ quasi in ciuitate supra montem
posita, compleetur opera & myste-
ria diuina, & ab illo quasi a lucerna in-

DE SACRIFICIO

candelabro lucente, discat viam manus
datorum dei. Proindeque in loco omnium
um eminentiori sedet: non ut plerique,
putantes eam sessionem ad nihil aliud,
nisi ad quietem pertinere, cum rem di-
uinam in conspectu principum faciunt,
considere solent in angulis aliquibus
semotioribus, ob reuerentiam ut putant
principum, cum magna rei diuinę ira
reuerentia: quasi (vbi inter diuina officia,
humana spectari deberent) non indecentius sit stare verso ad principem
tergo, & illo saepe incurvato, quam in
conspectu illius sedere: & tamen sacra
hec, ut dicitur, aliter non constant.

Ea vero quae ante & post orationem
fiunt, haec in summa designant. Quina
sacerdotis ad populum conuersio, quis
nam ostensionem Christi post resurrec-
tionem eius significat. Osculum vero,
quod semper ante figit in altari, deno-
tat sacerdotem esse mediatorem recon-
ciliationis, loco Christi, & illud prae-
ceptum apostoli: Salutate omnes fra-
tres in osculo sancto. Dicitureque oratio
seu collecta, in dextra altaris, Iudeam

MISSAE.

54

vbi primum notus erat deus, ac bona
æterna, & spiritualia, quæ primo pete-
da sunt designante. Epistola significat
prophetas & p̄cursores Christi. Gra-
duale poenitentiā, vel etiam timorem,
& fugam Mariæ & Ioseph ab Hero-
dis puericidio. Alleluia quando dicit,
gaudium post poenitentiā, & tractus
qui a septuagesima dicit, misericordiam &
laborem presentis vitæ denotant.

Sequitur euāgeliū altera pars missæ
potissima, ideoq; adhibentur, & hīc pe-
culiares quedam cærimoniae. Canta-
turus enim minister euangelium, acci-
pit a sacrificante benedictionem: quia
nemo illud prædicare debet, nisi mit-
tatur, iuxta apostolum: Nunc & fabri,
& cerdones, & mulierculæ hanc pro-
uinciam sibi suapte authoritate sumūt.
Accenduntur cæreui, ad designandum
id quod Psaltes dixit: Lucerna pedis
bus meis verbum tuum, & lumen se-
mitis meis. Adhibetur incendiū thus-
ris, ad ostendendum ardorem cordis
erga euangelium, & opera quæ Chris-
tus fecit, priusq; docuit, vt fidei bona

DE SACRIFICIO

opera sint semp coniuncta. Trāffertur
liber de cornu dextro altaris. in cornu
sinistrū, quod fides euangelij translata
sit, a iudeis ad gētiles. Thurificat simul
& liber, & hostia, & calix ante præpa-
ratus, iuxta morem prouinciæ nostræ
quod verbo dei probatur & conficit
hoc sacrificium, quodç sine verbis dei
quæ sp̄ritus & vita sunt, caro non pro-
dest quicq̄. Salutatur populus vt at-
tentius audiat.: assurgunt omnes quasi
parati etiam mori pro euāgeliō: & ve-
teres boni milites, manu capulo gladij
admota illud audiebant, propensionē
animi ad tuendum illud denotantes:
nūc in hoc tantū auditur euangeliū, vt
excerpat quod vitijs & hæresibus ob-
tendi possit, & gladius non ad defens-
dā, sed ad spoliandā & persequen-
dā ecclesiam per euangeliū plantatā te-
netur a militibus. Formāt omnes crus-
cem in frōte, ore, & pectore, ad deno-
tandam fidem trinitatis & crucis, quā
euangelium docet. Osculatur liber in
signū pacis & charitatis, quæ tradunt
per euangelium, & vt verba illius te-

MISSÆ.

55

nacius cor apprehendat; testemurque
nos fidem per euangeliū acceptam af-
fectu & dilectione complecti; Hæc &
alia cum recte quis expenderit, cognos-
cet, quanto honore prosequatur, &
quanto studio commendet ecclesia cas-
tholica fidelibus euangeliū: non ut vo-
ciferant nostri noui prophetæ, nonūc de-
mum illud renasci, quasi tot seculis ex-
tinctum: egregie ipsi id præstætes, quod
docet euangeliū. Additur vero post-
hoc & symbolum Nicœnum, quando
congruum est, quod fidem post præ-
dicationem designat.

Post euangelium & symbolum rur-
sus salutatur populus, monetur vt ore
quo acceptabile deo fiat munus, quod
post acceptam fidem euangeliū quisque
offerre debet, non solum corde per
pœnitentiam, & ore per confessio-
nem: sed etiam opere per satisfactio-
nem, in cuius signum offert de sua
substantia populus in altari, quan-
do & sacerdos offert panem & vinum
præparatum: Christus enim cum mo-
dum offerendi docuit, videlicet, cum

DE SACRIFICIO

offers munus tuū ad altare, vade & reo
concilia te fratri tuo: nimirum & id, vt
offeratur a populo se velle demonstra-
uit; Sacerdotes vero, quia interim varij
varia, dum panem & vinum offerunt,
verba & actus faciunt: si quidē aliter re-
ligiosi, aliter sœculares, vt vocāt, sacer-
dotes, hunc actum offerendi panis &
vini peragunt: aliij plus, aliij minus di-
cunt: sed & tam inter religiosos, quam
etiam alios sacerdotes, magna est diuer-
sitas: multis multa pro genio suo, ne-
scio quam recte formantibus: vnde tot
additamēta sine vlla authoritate, & tot
diuersitates, ac deprauationes libroruū
conspiciuntur: nos morem nostrum
duntaxat veterem sequentes, hoc bre-
uiter hic docebimus, qđ ex antiquissi-
mis missalibus nostris libris deprōpsi-
mus: neq; enim multum interesse pu-
tamus, si hic plus minusue dicatur, ubi
simplicis panis et vini fit oblatio, in eius
memoriā quod figura rem præcessit:
immo summe cauendū est, ne prolixis-
tate actus, & verborum, aliquid idolo-
latriæ cōmittatur, neue calix in offeren-

do altius capite leuatus, adoretur a sim
plicibus: hic enim figura tantū corpo
ris & sanguinis per manus sacerdotis,
in canone vero ipsum corpus & san
guis domini sub eadē figura offertur
& proinde non vocatur a doctoribus
actus iste canon minor, vt vulgo dicit,
nam hic non est regulare sacrificium,
sed oblatio, seu offertoriū simplex, ve
luti prēludiū quoddam, tantū a canone
differens, quantum a re figura differt:
hic enim offertur tantū materia præ
parata, illīc sanctificatur, transmutatur
& offertur: vnde sunt qui censem obla
tionem ipsam, nequaç̄ cruce signandā
& benedicendam, nisi in canone: quod
ea septies tantum regulariter benedici
debeat, in signum septem sacramentos
rum, quę ex latere aperto Christi emas
narūt, cuius oblationis tunc factę me
moria & representatio fit in canone, ini
biç̄, omnes istę benedictiones cōpre
hendūtur. Benedicitur enim & signa
tur oblatio ipsa: Primo ter dicēdo: hæc
dona, hæc munera, hæc sancta sacrifi
cia. Secundo quinquies post verba, q̄

DE SACRIFICIO

oblationē tu deus. Tertio bis ibi, grātias agēs benedixit. Quarto quinque in verbis: hostiam puram. Quinto bis in particula, sacro sanctum filij tui corpus & sanguinē. Sexto ter dicēdo, sanctificas, viuificas, benedicis & p̄stas nobis. Septimo quinges cū hostia, p̄ se quēdō verba: per ipsum. &c. Et præter eas benedictiones, nullas alias sup ipsam oblationē fieri debere affirmāt: quę sententia nobis e quidem admodū probat: quod recte quadret, ad diff̄entiam offertorij, & canonis, veluti figuræ & rei, ex qua p̄uenit bñdictio. & sanctificatio nostra: nā & ex principio canonis satis liquet tūc primū bñdictio- nē ipsius sacrificij incipere: neq; recte cōgrueret ordiri canonē a peticiōe bñ dictio- nis, si iam ante cæptū esset bñdi- ci: atq; ideo doctiorū est sententia, vbi sacerdos ante canonē deficeret, per al- terum ab initio missam repeti debere: in defectione vero intra canonem, ne- quaq;: sed vbi cessatū esset, illinc alterū ordiri, & perficere missam oportere: non alia causa quam quod a canone in- cipiat.

MISSA E.

57

cipiat benedictio & sanctificatio ipsius hostiæ, quæ si iteraretur, & numerū suū excederet, & illa quæ præcesserat nullius virtutis fuisse viderentur.

In antiquissimis igitur libris nostris missalibus, hanc breuē ipsius offertorij formulam reperimus. Sacerdos tenēs ante pectus calicem iam ante præparatum, nempe vino cū aqua modica infuso, & patena cum hostia imposita, dicit: Suscipe sancta trinitas hanc oblationem, quam tibi offero, in memoriam passionis domini nostri Iesu Christi, & præsta, ut in conspectu tuo tibi placēs ascendat, & meam, ac omniū fidelium salutem operetur æternam: per eundē Christum dominum nostrum: Quam orationem ideo hic integrā posuimus, quod vulgaris non sit, & nobis quidem plus arrideat quā illę prolixę, in quibus nō satis dici videt̄, hoc in memoriam fieri passionis, resurrectionis, & ascensionis domini, & beatæ virginis matris, & tot speciatim sanctorum, deinde generatim omnium, nisi etiam addatur, & eorū sanctorum, quorum

H

DE SACRIFICIO

Hodie festiuitas celebratur: quod quā
in festiuitatibus Christi, Trinitatis, &
Penthecostes, aut in missis defunctorū
& ferialibus quadret, quisq; conside-
rare potest: dicitur tamē a plerisq; pro-
miscue: Ac proinde censeremus hanc
orationē sufficere, quam diximus, &
vetustate venerabilem, & id totum cō-
tinente, quod hic opus videtur: qua-
dicta sacerdos calicem, facto cum eo
signo crucis, in altari statuit, & patena
deposita hostiam inter se, & calicē, si-
militer cum signo crucis locat, in mes-
moriam eius, quod oblatio Christi fa-
cta fuit in cruce, cuius exemplar & re-
præsentatio est missæ sacrificiū. Quo
facto & patena sub corporale polita,
vel subdiacono, vbi res solenniter agit,
tradita, ad fugam apostolorū designā-
dam, addere potest & illā orationem:
In spiritu humilitatis, quādo iam vbiq;
recepta est: Et demū iterū cōuersus ad
populū, monet ut se orationibus iuuēt,
quo digne offerre possit: Monet vero
nō eo mō, quo ante orationē & cōplē-
dā monere solet, p illud: Dominus vos

biscum & Oremus, sed tantū per verbum Orate, quia illis orationibus quasi conceptis verbis, sacerdos omniū tacētium & audientiū orat nomine: in hac vero, quę a quibusdam secretela dicitur, vnuſquisq; pro arbitrio & deuotione sua, orare permittitur, Ideoq; nō adhibentur ad eam orationē hæ cærimonie, quæ ad illas adhiberi solēt: Sacerdos autem orat sub silentio, dominū ante passionem latentem designās. Et cōcludit voce clara, quod idem spōte, manifestauit ſeipſum, & manibus iudeorum ſeſe obtulit: vel ideo dicit finē orationis clare, vertitq; in principium prefationis, quia Christus est finis legis veteris, & p̄tincipiū nouæ, utrancq; simul coniungens. Salutatur dehinc populus, vt attentius audiat: monetur vt habeat ſursum corda: & ille ſe habere ad dominum respondet, iuxta p̄ceptū illius. Quæ ſursum ſunt quærite, non quæ ſuper terram. Iubetur vt gratias agat deo, quod ſe pro nobis obtulerit, & populus dignū & iustum eſſe fatetur, Vnde hymnus iſte rite sacrifici-

H ij

DE SACRIFICIO

ciūm iusticię vocatur, de quo supra dis-
ximus: & significat non solū cœlestes
catus angelorum, sed etiā illas laudes
& honores, quibus ipse dominus Hie-
rosolimā veniens acceptus fuit: Et p̄
inde dicitur in fine: Benedictus qui ve-
nit in nomine domini: Osanna in excel-
sis: Quæ omnia quasi exordium sunt,
et prælocutio canonis sequētis, ad mo-
uendū affectum & beniuolētiā cap-
tandam: & ideo hymnus ipse cōcinne-
cani & pronunciari debet.

Sequitur nunc itaq̄ canon ipse ter-
tia pars missæ præcipua, & proinde ad-
hibentur hic quoq̄ cærimoniaz pecu-
liares, iuxta ritum nostrum veterem:
Pontifici enim mitra ut supra dictū est
deponitur, & chirotecę detrahuntur,
manusq̄ iterum lauantur, veluti fieri so-
let ab his qui res preciosiores sint tra-
ctatur: Quod etiā ante prefationem,
velut ante exordium canonis fieri po-
test. Datur osculum cruci & altari in
signū maioris prop̄missionis, ad hoc qđ
intra canonem agi debet, in memorī
crucis & oblationis domini. Pulsatur

MISSAE.

59

denique campana, ad homines vt intensius
us orent & contemplent excitandos.
Adeo vero ceteris misse partibus prestat
canon ipse, vt etiam a plerisque solus dicitur
taxat missa dici mereat, reliqua omnia
tantu ad solennitatem ipsius pertinere
censeantur. qui & propterea cano di-
cit, quod hic omnia partim a Christo
& apostolis, partim etiam a sanctissimis
patribus ita composita & regulata sint,
vt nihil addi minuiue, aut mutari citra
piaculum posse videatur: obseruetur quod
yniformiter a tota ecclesia catholica, pro-
ter paucula quedam ante & post com-
munionem, de quibus infra dicemus.
Quodque hic demum regulariter peragit
id totum, quod Christus in coena no-
uissima, & deinde spiritus sanctus, cer-
tissima ecclesiae regula instituerunt. Di-
citur etiam actio & sacrificium, & secre-
ta, propterea quod tunc vere agit mis-
sa, & vere sacrificatur a nobis hoc sa-
crificium, quodque secrete dici debeat,
partim exemplo Christi, qui a coena
visque ad mortem secrete orauit, partim
etiam, quod tum mysteriu hoc peragit,

H iij

DE SACRIFICIO

quo nihil occultius, nihilq; humano in
genio imperuestigabilius esse possit:
vnde Augu. Hæc sunt inquit, quæ si-
dem de necessitate exigunt, rationem
non admittunt, expetunt simplicē cres-
ditorem, arguunt improbum discussio-
rē: non mirum est igitur quod vir de
diuinis rebus pro sua virili & diuina-
tiōe meritissimus Guilhelmus Durāti,
canonem ipsum expositurus fateatur,
quicquid hic exponere conatus sit, vix
ullius esse momenti: linguamq; hic des-
ficere, ingenium superari: intellectum
obrui: Dictum est enim: Scrutator ma-
iestatis opprimetur a gloria. Proindeq;
nos idem nobiscum reuolentes, alios
rumq; expositiones, vel potius opinio-
nes considerantes, non solum in ples-
tisq; parum aptas & idoneas, sed etiam
alias ab alijs diuersas, & inconstantes,
quod mox possemus vel digito, quod
aiunt, ostendere, nisi metueremus da-
ri aliquod offendiculum infirmis: satis-
us esse duximus nos ab excutiendo &
explicando penitus ipso canone retras-
here, quam cum periculo, & sine frus-

ctu, humanis præsertim opinionibus,
de tatis mysterijs ratiocinari: Neq; em
ab re mysteria dicuntur, nempe ar-
cana diuina, quæ non omnibus nosse
est datum, ne nimia noticia vilescerent:
quemadmodum preciosissima quæq;
vbi semper oculis exhibentur homi-
num, vilescere solent: Tametsi quod ad
verba ipsius canonis attinet, ea quidē
ita clara sunt, ut vel mediocriter docti,
satis per se, quid sonent, & quid sibi
velint iudicare possint: Idiotas vero
hic non sumplimus docēdos: neq; eo-
rum quenquam adeo ignarum esse
arbitramur, inter huius vineq; nostræ
operarios: Signa tantū & actus non-
nulli expositione indigent, ad cogniti-
onem & intentionē debitam habendā:
Indigent etiam admonitione nōnulla,
quæ in abusum venisse, & indecenter
agi videtur, de quibus hic que occur-
rent, & quæ ex vsu & necessaria fore
censuerimus paucis perstringemus:
tum quia multi alij exposidores nusq;
non habentur, tum etiam quod de his,
in quibus actio hec & substantia cano-

DE SACRIFICIO

nis tota cōsistit, superius iā differuimus.
Igitur varias illas & profundas al-
legorias ac mysteria, quæ ex verbis, si-
gnis, & gestibus eliciunt ab alijs, mis-
sa facientes, sed tantū modo simplicem
eorum sensum, & intellectum sequē-
tes, quæ ad sacrificium hoc, id est, ad
representationē passionis domini no-
bis pertinere videntur, primū admo-
nendos duximus sacerdotes omnes, vt
sacrificatēs, diligentius attentiusq; ver-
ba canonis, quā vlla alia proferāt: nam
& ideo secrete dici iubētur, vt animus
voce non distrahatur, meliusq; sibi cō-
stet sub silentio: cōsiderent demū quā
apte verba signis, & signa verbis con-
gruant, & quam omnia memoriā pas-
sionis dominicæ, quasi ob oculos po-
nant: Verborū vt diximus, simpliciter
illa intelligēdo, sensus est satis apertus,
quę partim ad sacrificiū, partim ad nos
& eos qui participes oblationis sunt, et
quorum debitores sumus, pertinēt: ge-
stus vero & signa, vt verba decentius
significantiusq; proferātur, nimis cōa-
ducunt: Siquidem protensio manū

MISSAE.

61

& oculorum in cœlum, gestū Christi
in orando exprimit: Sic enim orasse le-
gitur patrem, quando horam suam ve-
nisse dixit: & quando Lazarum excis-
tauit: sic etiam quādo conjecturus eu-
charistiam gratias egit. Quod tametsi
non est expressum ab euāgelistis, cum
tamen mos iste fuit illius alibi satis ex-
pressus, & ita viri apostolici nobis per
manus tradiderunt, nihil dubitandum
est, illum tunc quoq; gestus ipsos ex-
plicuisse: non omnia enim acta Christi,
vt supra docuimus, continent̄ in euā-
gelio: Huiusmodi aut̄ manuū subleua-
tio moderate & composite fieri debet,
non vt pleriq; cum vehementia, quasi
euolatur faciūt, extendentes etiam in-
terdum illas vbi opus nō est, vt supra
calicem, quasi illas calefacturi.

Sunt & alijs gestus manuales con-
grui, vt pote, quando extendunt̄ mas-
nus ante pectus, quando cōplicantur
in modum crucis, & quando palmæ
coniungunt̄, qui extensionē Christi
in cruce, & vincula manus eius varia
representant: gestus d̄inde reliquorū

DE SACRIFICIO

membrorum & totius corporis, tam
etsi verbis & actioni accommodantur,
denotant tamen & gestus illos Chris-
tici, cęsi, trusi, & cruci affixi, cū non ha-
beret, vbi caput suum reclinasset.

Signa vero crucis, quæ manu for-
mant, quoties benedicimus, & secun-
dum verba, modo hostiam, modo cas-
licem & nos ipsos signamus, denotat
sanctificationem nostram per crucem,
quæ interdum ter fiunt in nomine tri-
nitatis; interdum quinques in memo-
riam quinq; vulnerum; Oscula vero
quę altari, facto signo crucis, figimus,
reconciliationem nostrā cum deo per
crucem significant;

Memoria viuorum citra ullam cō-
trouersiam recte fieri circa hoc sacrifi-
cium debet, obsecrāte apostolo, ut pri-
mum omnium fierent orationes, po-
stulationes, & gratiarum actiones pro
omnibus hominibus, pro Regibus, &
omnibus qui in sublimitate sunt cōsti-
tuti: & si hoc debemus omnibus ho-
minibus, debemus etiā speciatim iux-
ta ordinem charitatis, primum nobis,

deinde parentibus, tertio benefactorib;
bus, & quibus aliquomodo obstricti
sumus: postremo & inimicis, ac schis-
maticis, hæreticis, & infidelibus, vt cō-
uerterentur, salutem omnibus optan-
tes. De mortuis vero, tametsi hoc non
admittūt hæretici, admittit tamē Chris-
tus declarans nobis, delicta nostra, tā
in futuro quā in præfenti sèculo dimit-
ti, cum dixit, qđ peccatū in spiritū sans-
ctum, neç hic, neç in futuro sæculo
dimititur: & vbi datur spes remissio-
nis obtainendæ, datur & facultas peten-
di, promerendi, & satisfaciendi: Quod
cum mortui pro seipsis iam præstare
nequeant, nihil ambigendū est, viuos
hic pro illis præstare posse: ne alias ra-
tiones & exempla, quæ infinita sunt,
cōmemorem, cum satis sit ecclesiam sic
statuisse: vnū hic admonemus, quod
& superius attigimus, ne sacerdos in-
tra hanc actionem longa nomenclatus
ra suum animum inuoluat: non solum
propter astantium molestiam, sed etiā
ne illabatur aliquid in mentē, quod illā
distrahere posset, vt memoria alicuius

DE SACRIFICIO

inimici, vel personæ, per quam vel peccauit, vel peccare optabat, sed ut ante missam omnia prius secum discutiens & reuoluens, nihil demum magis attēdat, nisi ut rite actum illum sacrificij p̄agat: memoriam generale, & eam quidem compendiosam, in specialem ante præmissam, referēs: cōmemoratio etiā sanctorum intra eam actionē recte fit, documento prophetæ, illo videlicet: Laudate dominū in sanctis eius, & gloriōsus deus in sanctis suis: Et qđ Christus dixit, Vos q̄ secuti estis me, sedesbitis mecum iudicantes duodecim tribus Israel: & bonum est habere iudices propicios, Quodq̄ oratio iusti multū valeat apud deū, & sanctos iustos esse nobis cōstare potest, homines nō potest.

Quod ad actum cōsecrationis attinet, cum iam superius satis, quæ opus sunt, explicauerimus, non arbitramur necessariū hic quicq̄ aliud addere, tñ modo etiā nonnulla, quæ nobis indecenter fieri videntur, admonere: Sunt enim pleriq̄ quise putant non consercare, nisi uno & forti anhelitu, oreq̄

MISSAE.

63

ad moto & patulo, ac crucem pingente, verba cōsecratiōnis exprimāt: Nō nulli eucharistiam leuantes, hinc inde vertunt, quasi nī hēc facerent, non omnes effent visuri: alij tunc iterum genu incuruant, aut illam osculātur post verbā prolata: alij quoties calicem benedīcunt toties illum retegunt, quasi virtus benedictionis opertum penetrare non possit: & multa id genus alia portenta ædunt, quæ prorsus vt turpia & minime necessaria, sunt ab omnibus vitanda: sed hoc vnum curandū est, vt actus ipse cōsecratiōnis panis & vini, fiat cū debita intentione cōficiendi hoc mysterium verbis domini, quasi eius psōnam agendo, iuxta ipsius, & sanctę ecclesię catholicę institutionem, idq; cū omni modestia & reverentia.

Peracta vero eleuatione vtriusq; sa-
cramenti, amplius neutrū illorum p-
ferri debet ultra caput: nam vnam ele-
uationem fieri ecclesia statuit, nō plus
res: nunc a plerisq; quando signatur
calix hostia, & quando illa diuiditur,
adeo alte perfertur, etiam cum sono tinc-

DE SACRIFICIO

tinnabuli, ut secūdo & tertio, eleuatio
ipsa fieri videatur: in eo vero quod sa-
cerdos signat supra calicē eucharistia
tres cruces, & duas extra calicem, de-
signat prioribus, diuinitatem, animam,
& corpus Christi, per quē venit patri
omnis honor & gloria, nam ipse ma-
nifestauit nomē eius gentib⁹. Per du-
as vero vltimas cruces animā a corpo-
re separatam, & tactu calicis cum ho-
stia, latus lācea percussum denotat: vn-
de post hac alta voce subdit: Per omnia
sæcula sæculorū: resurrectionē a mor-
tuis Christi significans. Dicitq; tum
orationem dominicam, cum iam omnis
bus per illum consumatis, omnia ab eo
confidenter petere possumus: & resus-
mit patenam absconsam, quod Chris-
tus post resurrectionē suam, aposto-
los latentes a temptationibus, & a malo
incredulitatis liberauit, & pacem illis
dedit: Ineptissime hic ventilant pleriq;
manu patenam ipsam, quasi ventulum
sibi facientes, & signant cum illa ocu-
los, aures, pectus, etiam & dorsum, ve-
luti circulatores quidam, quasi nō satis

MISSAE

64

Esset illa osculata, crucem vnam ante faciem in signum pacis formare.

Dividitur deinde eucaristia in tres partes, ad denotandum, quod Christus panem hunc cœlestem apostolis porrigenis fregit, & ad designandum triplicem corporis Christi mystici statum. Prima enim particula constitutos in coelio. Secunda constitutos in purgatorio, sed iam de salute sua certos, & ideo cum priori particula coniungit. Tertia vero militates adhuc in terra, quorum finis est incertus, significat. Et ideo particula ipsa in calice mittit, quia quod mortui non possunt, hi adhuc meritum passionis domini quod in effusione sanguinis consistit, sibi acquirere ad salutem possunt: & proinde datur hic prius a pontifice more nostro solennis benedictio, subditur dehinc a sacrificante & ministris petitio misericordiae & pacis: in hac enim militia pacem cum deo, & bellum cum vitijs habere debemus: ac demum ad confirmandum illam, & ad muniendum omnes in eam spiritualem militiam, suscitatus sacerdos eucaristiam, suo, & omo-

DE SACRIFICIO

nium fidelium, astantium præsertim;
nomine, qui eius sumptionis fiunt par-
ticipes spiritualiter per fidem, in unitate
corporis, & virtute sacramentorum ec-
clesiae, ut supra diximus.

Ante sumptionem vero ipsius cor-
poris & sanguinis domini, si tum pri-
mum expendi deberet, quis sit qui ac-
cipitur, quantus sit qui adesse credit,
& qualis sit qui gustatur: neq; tēpus
suppeteret: neq; intellectus, maxime
tunc, cum totus animus actioni illi in-
tentus esse debeat, sufficeret. Verum
ante missam tutius est omnes eiusmodi
meditationes, & orationes, quæ cōgru-
unt absoluere: & hic tantum sacramē-
tum quasi reuerentes sumendo, & dei-
erga nos beneficentiam reuoluendo,
quam paucissimis verbis, & his dudū
a sanctis patribus compositis vti: quē-
admodum factum esse a priscis illis pa-
tribus ex antiquissimis missalibus satis
constare potest, in qbus vnica illa ora-
tio tantum præmittitur. Domine Iesu
Christe fili dei viui: & in sumendo sa-
cramento: Corpus & sanguis domini
noſtri,

noſtri Ieſu Christi, cuſtodiat, & pducat
me in vitam æternam: & non plus. Poſt
ſumptionē vero ſacramēti tantū ſubdit: I
Quod ore ſum pſimus: quæ nunc vulgo
poſt ablutionē dicitur, quaſi & illa eſſet
ſacramētū, vt etiā mente capi deberet,
aut remedium ſempiternum eſſe poſſit,
absurdiffime.

Illud etiā: Domine non ſum dignus
vt intres ſub teſtum meū, tametiſi ad hu-
militatē pertineat, non videtur hic tamē
ad rem dici, cum actus eſt ſumendi, &
cum ſacerdos ut ſumat animū intendere
& optare debet, ut verba cum intentione
cōgruerent, quomodo cuncti hoc diſtin-
guant neoterici diuinorum interpretes.
Erant enim non minus humilitatis ver-
ba illa Petri: Non lauabis mihi pedes in
æternum, & tamen dominus quaſi illum
corripiens, niſi lauero te inquit, non ha-
bebis partem mecū. Et proinde veren-
dum eſſet, ne cum illum ſumpturi, dicea-
remus, non ſum dignus ut intres ſub teſ-
tum meū: cōpetat in nos vicifim illud:
niſi manduaueritis carnē meam, & bi-
beritis meum ſanguinem, non habebitis
vitam in vobis: tam enim apposite hoc

DE SACRIFICIO

responsum hic, quam illud Petro datum,
quadrat. Diceret tamen recte ante mis-
sam ad eum modū inter alias orationes
& meditationes sacerdotis: Domine nō
sum quidē dignus, vt intres sub tectum
meū, sed quia tu ipse id a nobis fieri præ-
cepisti, quod ego indignus nunc facere
ppono, & ad quod me famulum tuū vo-
care dignatus es: tuq; solus es, qui me
& dignū facere & mundare potes, in tua
sola gratia, & nō in vllis meis meritis con-
fisus, & ad genua misericordiæ tuæ pro-
uolutus, te supplex rogo, vt intrare non
dedigneris sub tectum meū immūdum:
vt mundiciam per te obtinere, & tibi di-
gne incorporari valeam, in corporis, &
animæ meæ remedium, & salutem.

Porro dicere corpus & sanguis simul
admodum conuenit in sumenda eucha-
ristia, & nō seorsum corpus, & seorsum
sanguinē nominare, ppter simpliciores,
ac etiā hæreticos, qui vel nō intelligunt,
vel nō credunt corpus & sanguinē esse
indivisa sub vtraq; specie. Suademusq;
vt etiā sacerdotes laicis eucharistiā por-
tigentes dicant semp simul: Corpus &
sanguis domini nostri Iesu Christi, vt se

vtrunc^z sumere sciant & credant. Ille em
si est, vt dixit, panis viuus, simul sit caro
& sanguis necesse est. Et proinde vt in
cæteris mos antiquus, ita in ea cōmuni-
onis actione mihi summopere probat;
eaq^z omnia cum hic, tum in cæteris missæ
partibus succidēda censerem, quæ absq^z
auctoritate, & pleraq^z etiam absq^z rati-
one, sunt in hoc præcipuo fidei nostræ
mysterio & sacrificio pagendo inserta.

Vt interim nō cōmemorem alia ines-
pta & indecora multa, quæ post cōmu-
nionem fiunt a multis, quēadmodū alijs
calicem epotū, adeo in altū orantes pro-
ferunt, vt videant superis etiam potum
porrigere. Alij illum tunc euestigio in-
uoluūt & cōplicant, missa nō finita, cum
magna hominū molestia & indecentia.
Alij sine fine illum sugunt, patenamq^z
etia si nullum appareat fragmentum, ac
digitos lambunt & lingūt, oculos, aures,
& cætera membra linunt, & pleraq^z alia
præstigia faciūnt, cum magna rei diuinæ
indignitate, quæ longum esset referre.
Proindeq^z consulimus omnibus, vt ab
eiusmodi portentis & vanitatibus in tan-
to opere prorsus abstineant.


DE SACRIFICIO

Peracta cōmunione, transfert liber ad dextram altaris partem, in signū redditus ræ postremo fidei Christi, etiā ad Iudeos vnde exiuerat. Antiphona quæ communio vocat, designat illud quod gauissi sunt discipuli viso domino. Ea quæ vocatur Complenda, ab eo dicta est, quod missam cōpleteat, & cōcludat, cui eadem, quæ orationi seu collectæ adhibent cærimoniaz, cum easdem rationes & mystria complectaſt. Iubetur demū abire populus, per, Ite missa est: hoc est, sacrificiū peractum est, & oblatio in cœlum transmissa. Et datur benedictio per sacerdotem. Euangeliū sancti Ioannis nusquā, ut putamus, traditur legi debere post missam. Alioqui si quid huc pertineret, dici rectius ante, Ite missa est, & benedictionem, oporteret. Censerem tamē propter offendiculum nō omittendū, postquam adeo vbiq; est legi receptum, & consuetudo vim quandā coactionis & imperij obtinet, nisi rursus vererer dari ansam multis præstigijs & superstitionibus, quæ hinc manare solent. Sunt enim qui se putent, neq; missam audiuisse, nisi audierint & hoc euangeliū, neq; tutos


fieri posse, nisi vel auditō, vel secum ges-
tato ipso euangelio: & hinc arbitror cō-
ptum fuisse legi, ut cætera eiusmodi ir-
repere solent. Et proinde lectionē eius
post missam, tanquam rem superfluam,
immo damnatā olīm, c. quidam laicorū
de celeb̄ missarum, vniuscuiusq; iudicio
relinquimus.


Hæc sunt fratres charissimi, quæ de
ratione missæ, deq; ipsius cæremonijs,
vobis pleriq; poscētibus cōmunicanda
duximus, in qbus si quid desiderari vis-
debit occupationibus nostris adscribite.
Tamen si quanto hæc pauca labore con-
gesserimus, nemo melius, quā is, qui ali-
os reuoluerit, considerare potest. Multa
tamen consulto prætermissemus, quæ &
nota sunt, & ab alijs satis diffuse pertra-
ctata: ea solum quæ instituto & tempori
nostro cōgruant, depromere voluimus:
quæ vos cum aduersus æmulos & de-
tractores nostros, tūm etiā aduersus no-
uitates, & abusus, qui offendiculo sunt
omnibus, instructiores redderent. Neq;
protinus temerariū cuiquā videri debet,
si & aperuimus nonnulla quæ sacrificiū
hoc dehonestant, & resecanda censui-






XVI, 45







XVI WIEK

BROSZURY





